




# Epistola S. Pauli ad Titum

<https://hdl.handle.net/1874/428523>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


108


Pl. 0 N° 12



30

111







174


Biblia et interpretes

Octavo n<sup>o</sup>. 174.

Kant 108

Pl. O. 12

gent. laurent. 13-12-2000



N. 28. B.

16. 1

# EPISTOLA

S. PAVLI AD TITVM, IAM RE

*cens per Iohannem Agricola Scholijs*

*nouis illustrata, ac multis in locis*

*locupletata.*

I T E M

*Dispositio orationis, in Epistola Pauli ad Romanos, in qua totius disputationis series breuiter ostenditur, Philippo Melancthone Authore.*

I T E M

*Enarratio quaedam in Psalmum LXXXII. pia & luculenta, & docta, omnium lectione, & cum primis uero Principum dignissima.*

Haganoæ apud Iohannem Secerium

Anno M. D. XXX.



*hüb. a Bückel*

# PHILIPPVS

MELANCHTHON.

Οὐδέκε Δαιδάλεος ἔν χειρὸν γράψαι  
ἀπεχθῆς.

Ενθεός ὡς παῦλος ἔραξε  
λόγῳ.

I. K.

*Non sic Dædaleus Christum pinxisset Apelles,  
Vt sacer hunc Paulus exprimit ore pio.*



# OPTIMO VI

RO, D. GASPARI AQVILAE,

Salueldensium κατηχῆς, Iohannes

nes Agricola Isleben.

S. D.

**P**OSTQVAM PRIMAS ILLAS  
communes atq; pueriles preces, quas  
Scholæ nostræ Islebij, discendas proposuerā,  
aliquo modo discere, & quasi tenere coepit iuuetur,  
facturum me operæ precium uidebar, si eadem sani-  
tate & simplicitate breuem methodum Christianæ  
doctrinæ, quæ mores maxime formaret, adijcerem,  
qua tanquā per gradus (sunt enim & in pietate gra-  
dus quidam) in cognoscendo Deo & in pietatis stu-  
dijs aliquousq; promouerent. Ego enim omnino in  
eo sum, quod putem iuuentutem iuxta præscriptum  
sonare debere præceptoris uerba, ne uarijs adsuesca-  
cta omnium interim obliuiscatur, id quod fit, cum  
multa sine ordine ingeruntur, antequam grandescāt  
pueriles animi, alioqui ad omnia sequaces. Sapientis-  
sime Poëta dixit, *Quicquid præcipies esto breuis, ut  
cito dicta Percipiant animi dociles, teneantq; fide-  
les, Omne superuacuum pleno de pectore manat.*  
Visa est autē digna puerorum lectione, ea Pauli Epi-  
stola, quam ad Titum scripsit. Eam enim mira quædā

IV  
EPISTOLA

rotunditas, & breuitas in docenda uia ad pietatem  
commendat. Quo nomine etiam gratam esse cupio  
pueris nostrae curae commissis. Quia uero tu, Doctissi-  
me Aquila, primus occurristi, cui has meas pueriles  
nugas ostenderem, atq; tu adsereres, eas publicam lu-  
cem meritas esse, uolui sub tuo nomine illas ipsas  
in publicum prodire, tum ut illae habeant de-  
fensorem & uindicem aduersus hoc ingratiū  
seculum, & contra quorundam im-  
peritorū calumnias, ne dicā blas-  
phemias, qui nihil rectum pu-  
tāt nisi quod ipsi fecerint, tū  
ut tu habeas optimi

animi erga te signi-  
ficationē, Be-  
ne Vale, Sal-  
uel die. 15.

Martij. Anno

1530.

\*

# IN EPI=

STOLAM AD TITVM  
SCHOLIA IOHANNIS  
AGRICOLAE.

EPISTOLAE ARGV-  
MENTVM

**B**REVIS quidem haec est Epistola, si paginas  
spectes, uerum rerum spiritualium, scilicet fi  
dei, timoris Dei, Euangelij, & pura doctrinae  
ingens est thesaurus, si spiritum Pauli in ea loquen-  
tem obserues.

Principio informat Paulus Episcopum, à quo re-  
quirunt ante omnia potentiam in docendo, adeo ut pos-  
sit etiam Euangelij hostes, palam & euidenter con-  
uincere: neq; committat, ut à libertate Euangelij, pra-  
dicatiõe legis & operũ seducti aliorum feratur pij-

Deinde praescribit singulis aetatibus & ordinibus  
qui crediderunt Euangelio, Christianae uitae formas,  
sancte & blanditer admonens, ut sic se gerant, ne ui-  
deantur & Deo & hominibus indigni, qui sint Chri-  
sti sanguine empti, Canonem praescribens docendae  
poenitentiae.

Tertio loco docet, magistratus in honore haben-  
dos esse, religiose subiiciens, decere Christianos, ut ui-  
cissim externum aliquid rependant Christo, pro ac-



cepto tam magno beneficio, quo saluati sumus. Erāt enim tum, qui sub religionis prætextu magistratibus obedire volebant, cum essent à fide alieni, quorū exemplum sequebantur phanatici illi spiritus seditionē mouentes anno. 1525.

R III Ad finem iubet & seditiosos & contentiosos & discedentes à fide uitandos esse, siquidem à seculo nō est auditum, Pardum mutare posse pellem suam, aut doctorem peruersæ doctrinæ rursus redire in uitam.

**D**E PIETATE duplex est doctrina, Altera μεθοδική, ubi accurate & diligenter queritur de hominis natura, & quàm nihil possit in rebus spiritualibus homo sibi relictus. Quæ causæ Deum mouerunt, ut filium suum in carnem demitteret, ubi queritur, Quid sit fides? Quæ sit uera iustitia coràm Deo? Quid charitas? Quid crux? Quid spes? Quid lex? Quid gratia? Quid peccatum? Eam rationem docendi didacticam sequutus est Paulus in Epistola ad Rhomanos & ad Galathas. Nam istuc causæ harum rerum queruntur, & loci pietatis copiose tractantur. Altera est ἐξήγητική quæ nuda præcepta tradit. Eiusmodi est Epistola Tito scripta et Timotheo, p magna sui parte, etiamsi plerique loci superiores generis sint admixti & breuiter ex

*Plicati, ut suo loco dicitur. Summa, Hæc Epistola non informat pietatem sed modum exercendæ pietatis tradit, docet qualiter ambulare oporteat eos, qui per fidem in Christo Iesu sunt docendo & uiuendo.*

*Sie leeret ubung des glaubens.*

## TEXTVS

**P**Aulus Seruus Dei, Aposto-  
lus autem Iesu Christi.

**I**ACTAT officium suum in omnibus Epistolis, atq; hoc nomine se magnifice effert, ut conciliet sibi apud eos, ad quos scribit, docendi authoritatem. Dicit enim se uenire non suo sed Christi nomine cuius est nuncius. Porro q̄s non libenter audiat Christi nuncium atq; Dei Apostolum? cuius filius est Christus.

Emphasis est in uocabulo: Apostolus autẽ Iesu Christi, siquidem hæret conscientia adflucta, neq; dũ adquiescere potest in ulla re, etiamsi Angelum aut Prophetam loquentem audierit, donec illum audiat qui est in sinu patris. Hoc uidit auctor Epistolæ Hebræorum, cum ait: Multifarie multisq; modis locutus est Deus olim patribus in Prophetis: Angelos ta

ANNOT. IN

cet, Nouissimis uero diebus istis locutus est nobis in  
filio. Et iohan. Qui est in sinu patris ipse enarrauit.

Iuxta fidem electorum Dei,

Id est.

Iuxta fidem, qua saluantur electi, quemadmodum  
elegit nos in ipso, antequam iacerentur fundamenta  
terræ, Ephe. 1. Lutherus Hebraismum clare interpre-  
tatur in hunc modum, ut doceam fidem, qua sola sal-  
uantur electi, sum uocatus Apostolus Christi. Idem  
dicit Rho. 2. se segregatum ad munus Apostolicum,  
ut obedatur fidei. Obserua autem ueri Apostoli Iesu  
Christi esse munus proprium docere, sola fide salua-  
ri homines. Prophetæ noui nostrorum temporum  
Storchius & Muntzerus appellabant se ipsos seruos  
Dei, sed quia Christi Apostoli non erant, id est, quia  
Christum non ualde urgebant, factum est, ut nomine  
domini abutētes, inuenti sint Christi abnegatores et  
blasphemi.

DICES.

Vt quid opus erat fide? Nunquid natura ex suis  
uiribus potuit sibi conciliare Deum?

RESPONDEO.

Natura est illusio mentiū humanarum. Proinde fi-  
de opus est in Verbum Dei, ne perdatnr, Roma. 4.  
Ideo ex fide datur hereditas, ut secundum gratiam  
firma sit promissio omni sententi. Homo enim quantū  
uis multa

uis multa bona opera faciat, tamen perpetuo satagit rerum suarum, nescius quod nam ex operibus potissimum placeat Deo.

Ad docendam fidem & agnitionem ueritatis, quæ est secundum pietatem in spe uitæ æternæ.

Hæc omnia sunt Encomium Euangelij & Verbi Dei. Fidem enim docet Euangelium, & agnitionem ueritatis, id est, uult sibi tantum confidi Deus. Alioqui enim natura mendaces nascimur, ignari Dei & ueritatis. Ad legem & ad testimonium, inquit Esaias, et qui non fecerit secundum uerbum hoc, non erit ei matutina lux. Verbo suo prescribit nobis Deus quales esse debeamus. Hoc quia non inuenit apud se natura mortalis, terretur & humiliatur, subdens atque præbens se formandam Verbo Dei. Proinde fide in uerbum eriguntur hominum animi, & accipiunt consolationem. Hæc consolatio est sensus uitæ, & gustus rerum futurarum, atque illud ipsum, quod Paulus hic dicit: doceri per Euangelium agnitionem ueritatis quæ est ad pietatem in spe uitæ æternæ. Nam credentium pectora perfunduntur gustu quodam bonitatis Dei, consolantis eos in afflictione, fore, ut ab ista parturitione quam sustinent aliquando liberentur.

Quare tam magnifice efferrunt Euangelium Apo

A N N O T. I N

Stoli & Verbum Dei Prophete & David?

R E S P O N D E O

Quia docet uiam ad Deum, & ut cognoscatur Deus in ueritate. Deinde quæ sit germana pietas & uerus cultus Dei. Postremo, quia confirmat hominum corda, ut consistant in spe uitæ æternæ.

Quæ est illa uia ad Deum & agnitio ueritatis, quam docet Euangelion? R E S P O N D E O.

Nosse uanitatem esse & mēdactum omnes actiones atq; consilia sapientissimorum hominum. Lege totū Psal. 110. Deinde scire nos ex Deo, nō ex nobis pendere, atq; Deum iuuare nos, neq; commissurum unq̄, ut pereat unum de ossibus nostris.

Dic Germanice. Gott fürchten, und im uertrauen und glauben. Metus Dei efficit, ut de nobis desperemus: fiducia efficit, ut credamus bona, quæ deus sunt, nobis ab illo adfatim obuentura esse. Vtrunq; hoc fit per uerbum. Idem uoluit Christus cum ait, Oportuit filium hominis pati & sic intrare in gloriā suam, ut prædicentur in nomine eius poenitentia & remissio peccatorum.

Quare in spem uitæ æternæ? Quia spes huius uitæ & rerum præsentium perdit nos, nisi expectauerimus, qui primitiæ spiritus sumus, liberationem filiorum Dei à seruitute, in quam proiecti sumus, dñi hic duramus in hac uia. Rhom. 8. Hic auff erden ist nicht

nichts das uns ewig helffen mag, darumb müssen wirs yn ihener welt suchen.

Quam promisit Deus, qui mentiri nescit a temporibus æternis.

Hoc uno uerbo eleuat Apostolus præsumptionē operum, & ut uocauerunt scholæ meritum de congruo & de condigno. Nam si promissa est spes uitæ æternæ, consequens est nullam spem esse uitæ æternæ in operibus aut uiribus optimorum hominum. Frustra enim promittitur, quod iam adest. Ideoq; blasphemi sunt, & Deum sceleris atq; mendacij arguunt, qui operum doctrinam aut docent, aut sequuntur, ad tollendam fidem, qua Deo unimur, perpetuo uicturi cum Deo. Porro hic locus obiter à Paulo tractatus, pertinere uidetur ad genus illud diadacticon, cuius supra fecimus mentionem.

## DICES.

Vnde hæc est seruitus Dei?

Vnde est officiū Apostolatus et uerbi ministeriū?

Vnde fides?

Vnde electio Dei?

Vnde agnitio Veritatis?

Vnde pietas?

Vnde spes uitæ æternæ?

Nunquid ex nobis aut uiribus nature humane?

## RESPONDET PAVLVS

Non, sed à Deo per Christum. Nam is promissit, qui fuit ante conditum cœlum & terram, qui mentiri nescit, Ro. 10. Deus mittit, missi prædicant, prædicantes audiuntur, auditores tanguntur, tacti ingemiscunt & suspirant, inuocâtes saluantur. Nam quisquis inuocauerit nomen Domini saluabitur.

QVOD aut promissum esse Euangelion à temporibus æternis, eò pertinet, ut adimat hoïbus opinionem, ne putent hanc doctrinã esse nouam, sed uetustiore cœlo & terra. Nam hoc nomine serè semper male audit Euangelium, tanquã sit noua doctrina, qua gentes putant turbari rerum publicarum statum, & hypocritæ uiolari honorem & cultum Dei. Sic Petrus Actorũ 2. Hi non sunt ebrii ut putatis, sed hoc est, quod prædictum est per Iohelẽ prophetã, Vetus est non nouum, quod nunc fit. Cæterum hic quoq; locus præceptis de ædificanda Ecclesia, aspersus est ex genere didactico.

Patefecit autem tẽporibus suis  
Verbum suum.

Secundum opportunitates, Græcis est καὶ ποῖς  
ἐν χρόνῳ, temporibus proprijs, dum ei commodum  
uisum fuerat, ut hominum miseretur tandem. Atq;  
hanc opportunitatẽ tribuit scriptura Deo, ut signifi-  
cet Deum

et Deum nihil facere, nisi iuxta beneplacitum suum  
 & pro opportunitate. Psal. 31. Pro hac orabit omnis  
 sanctus in tēpore opportuno. Itē, Adiutor in oppor-  
 tunitatibus in tribulatione. wenn es zeit ist so  
 hilffestu. Præterea καὶ ρὸς non significat tempus,  
 sed temporis opportunitatem. Sic Aristophanes,  
 οὐ πολὺν ἀνθρώπου ζωὴν χρόνον ἀλλ' ὠρεὶ  
 καιρὸν, id est, Non multum homines uiui mus  
 tempus, sed ad opportunitatem. Ein mensch mus  
 leben & ie es die zeit leiden & il. Hanc Aristopha-  
 nis sententiam uenustissime expressit Therentius in  
 Andria, Ut quimus, auunt, quando ut uolumus non  
 licet. Man mus hengen uor lieb nemen, & ann es  
 nicht besser & erden kan.

Per prædicationem.

Modus reuelationis.

Quæ commissa est mihi.

Nam de Paulo dictū est à Domino, Hic erit mihi  
 in uas electum, & portabit nomen meum coram gē-  
 tibus & regibus & filiis israhel, Actorum 9.

Secundum delegationem.

Quemadmodum delegauerat.

Seruatoris nostri Dei.

Id est, qui uoluit nos seruatos, non perditos. Der  
 es ym synne hat gehabt uon e & igkeit, er & olt uns



helffen und raten. Hic finit ἑπιγραφῆς inscriptio,  
Die underschrifft

Tito germano Superscriptio .

ΤΙΤΟΣ ΓΕΡΜΑΝΟΣ est genuinū & germanum atq; quod ipsis  
simam naturæ imaginem refert . Lutherus uertit ,  
Der mein son ist nach rechter art . Ego sic intelligo ,  
Multos quidem per Pauli ministerium , quod & for  
titer & fideliter gessit in docendo , uocatos esse ad  
communione Ecclesie & ad Christi cognitionem ,  
uerum paucos in doctrina pietatis eò promouisse ,  
ut Pauli exemplo , lapides preciosos , aurum & ar  
gentum superædificarent supra fundamentum , quod  
est Christus . Plerosq; uero omnes scœnum & stipu  
lam , quem admodum ipse ait in Corinthijs . Et nos  
uidemus hoc seculo ualde paucos , etiam ex ijs , qui  
sibi uidentur esse columnæ Ecclesiarū , recte tenere  
summam pietatis . Vt sit sententia . Titus est filius me  
us germanus , Er ist mein rechter son nach meiner  
art , Er ist nach meiner art geradten . Sequitur enim  
filium & ductum oratiōis meæ in docēdo synceriter  
Christo , & in puritate sana doctrinæ . Satis enim  
constat , Paulum syncerius docuisse Christum reli  
quis Apostolis , Actorum . 15 . Neq; dubium est mi  
hi , Paulum supra modum gauisum esse , contigisse  
illi aliquem , qui se in docendo recte sit imitatus .

Iuxta

## Iuxta communem fidem.

Ephe. 4. Vnum Corpus & unus spiritus, unus Dominus, una fides, unum Baptisma, unus Deus & pater omnium. Neq; enim datur spiritus ad mensuram, id est, Vnicuiq; credenti datur tantum de spiritu, quantum satis est. 1. Iohan. 1. Vt & uos communionem habeatis nobiscum,

Paulus seruus Christi.

Quare iactat Paulus officium suum.

R E S P O N D E O

Vt significet se nihil de suo afferre, sed ea que sunt Dei & Iesu Christi.

Vnde est fides electorum Dei?

Vnde est agnitio ueritatis?

Vnde est pietas?

Vnde est spes uitæ ætherne

R E S P O N D E O.

A Deo?

Quo nomine adpellatur iste Deus?

R E S P O N D E O

Deus uerax, Qui mentiri nescit.

Quid mouit Deum ut ista daret?

R E S P O N D E O.

Promissio. Neq; enim didicit fidem fallere.

Quo tempore promisit Deus ista se daturum?

ANNOT. IN

RESPONDEO

*Ante tempora æterna, id est, ante conditum  
cælum & terram.*

VI Quando patefecit ista Deus?

RESPONDEO.

*Secundum opportunitates. Nam placuit illi sub  
Herode & Pontio Pilato prodere Euangeliũ orbi.*

VII Quomodo patefecit?

RESPONDEO.

*Per Euangelium iuxta illud, In omnem terram  
exiit sonus eorum.*

Gratia, misericordia, pax, a Deo  
patre & Domino Iesu Christo.

Initium Literarum

*Optat Paulus Tito salutis initium, gratiam, quæ  
amicum Dei efficit. Profectum, misericordiam,  
hoc est opera salutis, quæ nihil sunt, nisi beneficia  
Dei. Deus enim ea in nobis operatur. Demum con  
summationem seu finem salutis. Pacem, quæ pax est  
certitudo cordis, omnia nostra scilicet placere Deo,  
neq; ullum hostem aliquid contra nos posse.*

VIII Quod est salutis initium?

RESPONDEO.

*Gratia qua agnoscimus Deum bene uelle nobis.  
Qui est profectus salutis?*

RESPONDEO.

## RESPONDEO.

Misericordia, Nam ut inquit Ambrosius, Deus coronat sua in nobis opera. Tanta est misericordia erga nos adfectus Deus, ut opera quæ in nobis ipse operatur, ita accipiat, tanquam proprio nostro studio parata essent.

Quæ est perfectio salutis?

X

## RESPONDEO

Pax. Nam per Christum pacem habemus cum omnibus hostibus, uisibilibus & inuisibilibus.

## Huius rei gratia

Hortatur Titum ut meminerit propter quam causam relictus sit in Creta. Pergas corrigere, zu bessern, quæ desunt, quæ reliqui ego imperfecta. Oppidatim, in singulis oppidis, ynn allen stetten. Præsbyteros, id est, seniores.

Et constituas oppidatim  
Præsbyteros.

In Euangelio Matthæi scriptum est, Christum inuenisse primum iuxta mare Galilææ Simonem & Andream iacentes rete in mare. Postea uero filios Zebedæi, sarcietes retia sua, et ex illis fecisse piscatores hominum, id est, Apostolos. Quo significatum est, nihil tam commodare Euangelio, quam ut magistratus Ecclesiæ sint boni, scilicet, ut possint utrunq; offi-

B

eiū piscatorū prestare. Piscari, rete in mare mittere, potenter & cum auctoritate docere: & sarcire rete, id est, cōtradicientes confutare. Porro quia Christus iubet rogandum esse dominum messis, ut extrudat operarios in messem suam, rogabimur & nos serio Deum, ut boni magistratus nobis contingant in Ecclesia. Constituas, Bestellest. Quæ desunt, was noch nicht gar ausgericht ist.

## O P P I D A T I M .

Nam Creta centum habuit urbes, autho. Plinio.

Si quis est inculpatus.

Hic orditur informationem Episcopi. Hic, wie er het er ein Bischoff. Inculpatus Græce est ἀνέγκλιτος, sine crimine, inculpata uita, inculpata fama, atq; is, cui nemo possit publicum crimen impingere. Præterea ἐγκλημα est commissum, propter quod aliquis in ius uocari possit. Sic Roterodamus.

Vnius uxoris uir.

Mos fuit Iudæis & recens ad fidem conuersis gentibus, ut haberent tot uxores, quot uellēt. Quia uero honestati student ij, qui Christo per fidē inferti sunt, & quia multarum uxorū maritus subinde uxori suarum rixas & rixandi libidinem experiri cogitur. Nam ab hoc uitio uix liberæ sunt etiam mulieres sanctæ, quemadmodum de Lia & Rachele scriptura dicit, uoluit

tit, uoluit Apostolus, Episcopū uacare & liberum esse ab omni occasione rixarum & unius uxoris uirum. Vide autem Apostoli consilium, non temere est quod generalem illam sententiam, oportet inculpatū esse Episcopū, subiecerit, eum esse debere unius uxoris uirum, neq; enim potest aliter consuli sanctæ puritatis, ut conseruetur, quā liberali coniugio.

Obseruent hic pueri diligenter, Paulum uix dignum æstimare Episcopi officio, nisi sit maritus unius uxoris, causa est in Epistola ad Timotheum, Quis enim domui suæ præesse nō potest, quomodo is præerit Ecclesiæ Dei? De coniugibus scriptum est, Tribulationes carnis habebunt huiusmodi, atq; in eummodum in uoluntatem Dei coniecti coniuges uaria experiuntur, infidelitatem familiæ, morbum filij aut filiæ, aut uxoris, fundi calamitatem, atq; eius generis alia, discuntq; subinde de fide in fidem proficientes, multa tolerare. Siquidē accidūt ea, quæ aliàs nollēt, confirmati deniq; magno usu rerum, quo adficiuntur possunt omnium hominum mores & in melius corrigere & boni consulere. A quo adfectu longissime absunt qui cœlibatum, id est, fœdissimam libidinis licentiam sequuntur.

Boni adolescentes semper debent esse memores optimæ sententiæ, quam in Synodo Nycena defendit Raphnutius, contra Sacerdotum cœlibatum. Ea est

in Decretis Dist. 31. Surgens autem Paphnutius confessor contradixit, honorabiles confessus nuptias, & castitatem dicens esse cum propria coniuge concubitum. Suasit itaq; Concilio ne talem poneret legem, grauem esse adserens caussam, quæ aut ipsis aut eorum coniugalibus occasio fornicationis existeret. Et hoc quidẽ Paphnutius, licet nuptiarũ esset inexpertus, exposuit, Synodusq; laudauit sententiã eius, & nihil ex hac parte sanciuit, sed hoc in unius cuiusq; uoluntate, non necessitate permisit. Conferat igitur iam, qui uolet, Episcoporum qui nunc sunt, statum, cum his quæ diximus, uidebit enim ex templis Dei facta esse mera lupanaria, & ex doctõribus uerbi, mutas statuas bene infulatas, aut principes gentium, siquidẽ Dist. 23. sancitum est, ut quæuatur inter cætera & hoc ab Episcopo.

Si nuptias non prohibeat.

Si secunda matrimonia non damnet.

Si carnis esum non culpet. &c.

### Liberos habens fideles.

Id est, Deo fidentes & parentibus obsequentes. Inter tria difficilia, de quibus Salomon disputat, numeratur uia uiri in adolescentia. Siquidem ut Home rus ait, Αἰεὶ δ' ὁ πλοῦς ἐρεῶν ἀνδρῶν φρένες ἡερεῶναι, Iuuenum animi iam hoc, iam illud capiunt

piunt, aeris instar mobiles. Proinde non est labor supra laborem parentum aut pædagogorum probe curantium atq; erudientium iuuentutem imperitã. Coguntur enim parentes atq; Pædagogi accommodare se ad captũ puerorũ, sola assiduitate & urfione digni parentum & pædagogorum officio. Parètes non necesse habent omnia pro suo iure agere. Sæpe enim ad quædam uitia conuendum est, & in magno peccato filij, paululum supplicij satis est patri. Ad quæ omnia nisi adsucuerit quispiam mitis factus & tolerans aliorum morum, nunq̃ bene præerit Ecclesie Dei, in qua sunt, q̃ subinde delinquãt, opusq; habeãt bono monitore, qui ad quædam durus sit iudex, rursus ad quædam cõnuens, & tanquã pater multa regens. Noti sunt uersiculi. Dextera præcipue capit indulgentia mentes Asperitas odiũ seuãq; bella mouet. Et illud Ennij, Oderunt quem metuunt. Et Paulus uoluit sic educandos liberos, ne animum despondeant.

Iactatur apophthegma Friderici III. Patris MAXIMILIANI, dignum principe uiro atq; Episcopo, his uerbis, Qui nescit dissimulare, nescit imperare.

Oportet præterea Episcopum exemplum Christi sequi, cuius ministerium gerit, Heb. 2. Debit per omnia fratribus adsimulari, ut misericors esset &



fidelis pontifex, in his quæ apud Deum forent agenda, ad expiandû peccata populi. Nam ex hoc, quod ipsi contiguitentatum esse, didicit & ijs, qui tentantur succurrere.

### Non obnoxios aut deditos luxui.

*Ασῳτία* Est luxus, qui proprie pertinet ad omnem immodicam uitæ rationem, siue hoc fiat in uestitu, siue in cibo, siue in potu. Est ergo sententia Cauere debet Episcopus ne gentium more, mundi peruersam consuetudinem per omnia imitetur, & ad promiscue quidiuis faciendi libidinem sumptus suggerat liberis, ne nimio uestitu indulgeat, atq; ne patiatur liberos suos contra honestatem potare, scortari & olere ungenta.

### Aut qui sint inobedientes.

Die sich nit wellen ziehen lassen.

Quantum oderit Deus inobedientiam liberorû erga parentes, & parentum indulgentiam prauam in liberos, satis testatur Historia sacerdotis Heli, quæ scripta est in libro Samuelis 1. In die illa suscitabo aduersum Heli omnia quæ locutus sum super domum eius, incipiam & complebo. Prædixi enim ei, qd iudicaturus essem domum eius in æternum, propter iniquitatem eius, eo qd nouerat indigne agere filios suos

filios suos, & non corripuit eos duriter. Rursum, quantum placeant Deo obsequentes parentibus liberi, & parentes qui liberant uirga animas liberorum ab inferno, testatur Verbum Domini ad Abraham factum Gen. 18. Num celare potero Abraham quæ gesturus sum? scio enim, quod præcepturus sit filiis & domui suæ post se, ut custodiant uiam domini, & faciant iudicium & iustitiam.

Oportet enim Episcopum inculpatum esse.

*Causa superiorum.*

ESSE INCULPATVM

Id est, sine publico crimine. Nam sicut impossibile est, hominem posse uiuere sine peccato, ita potest & debet, Christianus sine crimine uiuere, iuxta illud Petri, Fidelis non patiatut sicut fur & lairo.

Tanquam Dei dispensatorem.

Ecclesia est familia illa, quam curat Deus. Olim dictum est per Esaiam, Domus Israël uinea domini est. Et Christi primis temporibus dictum est, Non sum missus nisi ad oues quæ perierat de domo Israël. Et, in uiam gentium ne abieritis. Nunc uero dicitur In omnem terram exiuit sonus eorum. Conuenerunt enim in unã Ecclesiam & Iudæi & gentes, diuulso interstitio & diruta maceria. Eius Ecclesiæ Dei

Oeconomus est Episcopus. *Emphasis est in uocabulo Dei. Nam oportet Episcopum omnia sic agere, tanq̄ in conspectu Dei. In Euāgelio Matthæi male audit Oeconomus iniquitatis, quia rem domini sui non cōstabilierat. Multo magis requiret Deus sanguinem paruulorum de manu Episcoporū. Quē admodum comminatus est pastoribus in Ezechiele Si enim cœperit percutere conseruos suos, ponet dominus dissecans eum, partem eius cum impijs. Vide 1. Cor. Cap. 4. Sic nos existimet homo.*

### Non præfractum.

Hæc uilia magistratum sequuntur, non hominis ingenium, iuxta illud, Magistratus uirum ostendit. Et, Honores mutāt mores. Itē, Magistratus etiā moderata ingenia fatigat. Fit enim sepe ut qui honeste se dederunt priuati, in contemnendis uoluptatibus & negligenda gloria, turpiter se dent postea in magistratu, fracti dolore & rei indignitate. Si sollē nicht eygen Kopffisch sein.

Præfractus est, qui nemini cedit, qui neq; disceptatione uinci se, nec ullo publico ac legitimo iure patiatur. Contra hoc uilium dixit Paul. in Corinth. Quod si sedenti reuelatum fuerit, prior taceat. Et alibi non uult Neophytum eligi, quoniam hoc hominum genus, quando inflatur, facile præ se alios contemnit.

contemnit. Vetus est prouerbium. Quis perdidit rem publicam? Oratores noui.

### Non iracundum.

Der nicht viel kan für ohren und augen gehen lassen.

Sed tolerantem, Mores amici noueris, non oderis, est in prouerbio 2. ad Timotheum 2. Seruum domini non oportet pugnare, sed placidum esse erga omnes, propensum ad docendum, tolerantem malos (AVDIS? MALOS) cum mansuetudine, erudentem eos qui obsistunt, si quando det illis Deus poenitentiam ad agnoscendum ueritatem & resipiscant e diaboli laqueo, capiti ab eo ad ipsius uoluntatem. Sententia summo digna Apostolo contra iracundiam. Inuenias enim nunc multos, si Dijs placet, Theologos, qui ob leuem quandam iniuriam, omnes tradant Sathanæ, quicumque contiones eorum non audiant, aut utiis eorum aduersentur. Obseruent itaque hæc duo, boni adolescentes. Tolerare debet Episcopus magna mititate malos, & erudire eos qui obsistunt non irasci, nam Domini negocium est non suum quod gerit.

### Non uinosum.

Sed sobrium. Hæc uitia sunt priuata & sequuntur hominis naturam. Ego puto Paulum dicere, Non

uinofum, non Epicuri de grege porcum, curantem cuticulam, Eyn zertler der nichts mangeln wil. Sed qui possit abundare & inopiam pati pro temporis ratione. De uinosis Sacerdotibus natū est quod uulgo tactatur. Eyn psaffen schnit. Et, Das beste gehort alles in die psaffen.

### Non percussorem.

Lutherus uertit, nicht beysig. Et consentit cum hoc, quod Horatius dixit, Patruæ uerbera lingua. Ego sentio percussorem esse iracundiæ fructum, Von niemands nichts leyden, vueder klein noch gros. Eiusmodi sunt qui pro contione omnia quæ in eos priuatim iaciuntur, acerbe defendunt, calumniatores potius & sycophantæ, quàm contionatores Verbi Dei. Dist. 45. commode tractatus est hic locus. Percussor dicitur, qui sermone inutili infirmorum conscientiam uulnerat. Huc pertinet & i. vi. = γμ.α, à Samfone sodalibus suis propositum, Ex ore fortis exiuit suauitas. Nam decet principes & benignos & mites esse, maxime uero Episcopos, qui sunt conscientiarum parentes.

### Non turpis lucri cupidum.

Si ij, qui naturam ducem sequuntur, & ij qui sunt liberalibus ingenijs, pecuniæ cupiditatem detestatur. Nihil enim est, abiectius aut seruilis hoīe amante

amāte diuitias, quāto magis is execrabitur radicem  
malorum omnium auaritiam, qui filius lucis esse  
uolet, & maxime Episcopus.

Sed hospitalem.

Pertractatis uitijs, à quibus liber esse debet Epi-  
scopus, nunc recenset per Antuthesin, quæ uirtutes  
Episcopum deceant.

Recti dicunt Germani, Ein Christ sol mit offner  
thur haus halten. Augustinus in lib. de confessione  
dicit, Ambrosij Mediolanensium Episcopi ædes sem-  
per apertas fuisse, seq; inuenisse Ambrosium uoluē-  
tem in libro, quem legebat, pagellas. Ius hospitij  
religiose cultum est à gentibus, quemadmodum ex  
multis milibus declarat hic Homeri uersiculus, ex  
Ódyssæa, χρὴ ξείνον παρρόντα φιλεῖν ἐθέλον-  
τα δὲ ἑμὲ πύ. Verū nos ab hoc officio tā alieni  
sumus, ut simus etiā ipsis gētibus gentiliores. Nam  
neq; mica quidem Apostolici præcepti reliqua est  
apud nos, qui Christi nomen nobis uendicamus.

Vehementer prædicat patrum hospitalita-  
tem scriptura, quando ait Abraham, & Lothum se-  
disse in porta ciuitatis, & inuasse ad se aduenien-  
tes peregrinos: neq; cuiq; denegasse officium, etiā si  
ab improbis saepe sint illusi, sarcit enim hoc damnū  
Deus. Per hospitalitatem quidam inscientes, Ange-  
los exceperunt hospitio, ad Hebræos 13.

Valde probandus est Cypri quondam Episcopus si uerum est, nihil enim præter auditum habeo, is sub id tempus, quando terræ semina mandamus, suis popularibus hordei & tritici modios aliquot suppeditabat, adeo, ut quisq; per se sine arbitrio quantum uellet acciperet, & redderet postea eandem mensuram sub tempus tritura. Accidit autem, ut unus ex popularibus fidem fallens, peteret alio tempore idem, neq; repulsam passus ingrederetur pœnu, nihil uidisse ibi tum reliquum esse de frumento dicitur, Episcopūq; intulisse, Quia tu nihil de frumento uides in pœnu, signum est, te non reddidisse frumentum ea mensura, qua adceperis, sicq; illum ad pœnitentiam adactum esse, tanta sollicitudine respiciunt oculi Domini super iustos.

Bonarum rerum studiosum.

Græcis est φιλάγαθος, bonarum amanti,  
Der sich aller erberkeyt befließt und annympt.

Sobrium.

Græcis est σώφρονος, uelut dicas, sanæ mentis. Der nicht schwermet, & qui est purus à uitijs.

Iustum.

Iustitia est ueritatis de Deo conceptæ exequutio, adeo q; amet ea, quæ decent & Deum & hominē, Der da wisse was Gott wol gefalle, und was auch den leuten recht gethon sey.

## Pium.

Pius est, qui rebus Dei afficitur, Der yhm Gots sachen lest angelegen seyn. Nam pius nihil ducit antiquius uerbis, consilijs & operibus Dei. Psalmo  
 2. Et in lege eius meditatur die ac nocte.

## Temperantem

Vt nullo scilicet uincatur affectu, Dernicht bald yhm harnisch ist, der da kan ansich halten.

## Tenacem

Græcis est, ἀντεχόμενον, uindicem, qui non patiatur se auelli à sana doctrina.

## Fidelis sermonis.

Non fallentis, sed certi Emphasis est & Pathos in uocabulo Fidelis, q. d. excepto hoc sermone nihil est certū, nihil fidū, nihil uerū, Es ist Keyn falsch da

Videtur præterea Paulus Apostolus per hoc, quod ait, Tenacem certi sermonis, qui sermo est secundum doctrinam, hoc est, qui sermo solus ualet ad docendum homines, tanq̄ insigni epitheto, & penes officia aut effectus ut uocant, discernere Euāgelium & doctrinam fidei à doctrina legis & à doctrina de moribus. Nam etiam si lex multa doceat atq; præcipiat, de amando Deo, & bene instituenta uita, tamen nihil minus efficit quàm hoc, quod



præcipit . Euangelium uero & doctrina fidei per Christum docens & docendo corripuens , sola efficit in cordibus hominum & ut poeniteant & ut cõsequantur remissionem peccatorum . Constat enim hic certus sermo , hæc sana doctrina ex his duabus rebus , poenitentia & remissione peccatorum . Euangelium quando docet credi oportere Christo , simul docet , sicut infra suo loco copiosius dicemus , de sperandum esse de nobis , & omnia opera sanctissimorum hominum esse peccata corã Deo . Deinde per terrefactas mentes rursus consolatur & erigit , adserens propter Christum cõdonari peccatum , atq; in gratiam recipi credentes , Deumq; placatum esse & curare nos . Tandem sentiunt mentes credetium tanquã uiuo testimonio obsignatæ , hanc doctrinam & hunc sermonem esse certum , atq; tranquillã facere adstrictam cõscientiam . Id quod neq; lex neq; hominum traditiones , neq; Philosophia præstare potest , etiamsi egregie simile quiddam promittat . Mores formare potest Philosophia , uerum ut placeat tibi ex animo , bono & iusto esse , id est , adfectu mutare nullo modo potest . Proinde Philosophorum dogmata sunt , ut crassissime dicam , quoniam pueros doceo , regulæ sine exemplis , libet adscribere eius rei stultam tactationem .

Feruet auaritia , miseraq; cupidine pectus

Sunt

EPI. AD TITVM

Sunt uerba & uoces, quibus hunc lenire dolorem  
 Possis, & magnam morbi deponere partem.  
 Laudis amore tumes, sunt certa piacula quæ te  
 Ter pure lecto, poterunt recreare libello,  
 Inuidus, iracundus, iners, uinosus, amator.  
 Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,  
 Si modo culturæ patientē cōmodet aurem.

Hæc ideo adscripsi ut intelligant boni adolescen-  
 tes, Philosophiam esse imposturam, humanarū met-  
 tum. Multiū enim referre puto in formanda iuuentu-  
 te, hoc discrimen bene inculcare. Siquidem solū uer-  
 bum Dei certo docet salutis uiam. Philosophia uero  
 incerta est, neq; potest salutis uiam ostendere.

Saul postq̄ excidit hoc certo & fideli uerbo, con-  
 fugit ad Phtonissam, cupiuitq; Samuelem uidere,  
 omnia timens, neq; sic tamen potuit effugere iram  
 Dei. Idem iudicabis de Esau, Chayn, Iuda & Archi-  
 tosele. Petrus e contra peccator maximus, hoc cer-  
 to uerbo audiuit à Iesu, Orabo pro te, & c. tanq̄ por-  
 tum è nauigio tenens, emersit se ex suo peccato.

Aurea sententia est in Euangelio Iohannis, Qui  
 uero adcepit testimonium hoc, is ob signauit, quod  
 Deus uerax sit.

Qui est secundum do-  
 ctrinam.

Qua scilicet docentur & erudiuntur homines ad salutem, ad iustitiam, ad uitam. Quomodo alio loco dixit Paulus, Omnis scriptura diuinitus est inspirata ad docendum, ad exhortandum, ad castigandum.

XI

CVR est relictus in Creta à Paulo Titus?

R E S P O N D E O .

Vt ea quæ cœperat quidem Paulus corrigere, super corrigat, atq; constituat Episcopos.

XII

QVAE debet esse prima cura in Ecclesia?

R E S P O N D E O

Vt sint boni Magistratus.

XIII

QVOT sunt uirtutes, quæ maxime decent Magistratum in Ecclesia?

R E S P O N D E O .

Oportet Episcopum esse ἀνέγκλητον, sine publico crimine, deinde unius uxoris uirum, ut caueatur contentio inter uxores. Deinde decet Episcopum esse bonum curatorem suæ domus. Nam qui suæ domui recte præesse non potest, quomodo præerit ille domui Dei? id est, Ecclesie. Et qui non fideliter curat proprios filios, ut Deum timeant & parentes reuerentur, quomodo is fidem seruabit in erudiendis aliorum conscientijs? Qui enim sibupersapiens prodesse nequit, nec quicquid sapit. VVer seyn eygen sache nicht treulich treybet, wie sol der yn frembden sachen fleißig seyn.

QVID

Quid est Ecclesia? XIII

RESPONDEO

Dei familia.

HVIC familiae quis praest? XV

RESPONDEO

Episcopus

QVI sunt qui praesunt cum fructu familiae?

RESPONDEO.

- I Non praefracti, non intractabiles, non suatantum magnificantes.  
Die ander leute auch was seyn lassen.
- II Non iracundi, tolerantes aliorum morum.
- III Non uirosi, non dediti uentri.
- IIII Non percussores, non mordaces.
- V Non auari, non negociantes.
- VI Hospitales, aditu faciles.
- VII Bonarum rerum studiosi, studiosi honestatis.
- VIII Sobrij, mente sani.
- IX Iusti, amantes pietatis et honesti.
- X Pij, nihil magnum putantes, nisi quod iusserit et fecerit Deus.
- XI Temperantes, dormitores adfectuum suorum
- XII Tenaces sanae doctrinae, id est, dicentes An gelo Dei aliter docenti, Anathema es.

Per doctrinam sanam.

Sanum opponitur uitioso, estque idem quod pro-

bandum, Cicero ad Atticum μήδεν ὕγιες, id est nihil sanum, totam causam improbens. Erat enim lege cautum, ne quod uitiosum animal Deo offerretur. Ita decet quoq; doctrinam esse sanam atq; sine omne uitio traditionum humanarum.

Ut potens sit contradicentes conuincere.

Græcis est ἐλέγχειν quæ uox est iudiciorum, quando reus erroris & sceleris sui apertis testimonijs conuincitur, wenn man ihn überzeugen kan, also das ers nicht kan leugnen.

Repetit hic Paulus superiorem uocem de Episcopo, ut sit potens ad exhortandum per doctrinam sanam. Scriptum est in libro Esdræ, quod Iudæi reedificantes templum, altera manu ædificauerint, altera tenentes gladium. Hoc Paulus exposuit hoc loco de duplici officio Episcoporum, quæ sunt docere et contradicentes conuincere. In Decretis Dist. 43. hic locus est expositus in hunc modum. In Canticis canticorū genæ sponsæ, id est, prædicatores turturi cōparantur, debent enim gratiam docendi habere. Nā latratu canum, & baculo pastorū lupi sunt arcendi

XVII Scriptura diuinitus data, cur est data?

R E S P O N D E O

Primo

Prmo ad erudiendos homines, iustitiam fidei nõ operum esse iustitiam coram Deo. Deinde ad exhortandos eos, qui susceperunt fidei doctrinã, ne flaccescant, sed fortiter pergant, atq; perpetuo factant, quod semel facere ceperũt. Deinde ad cõuincendos eos, qui uel doctrinam irident, uel persequantur.

Sunt enim multi intractabiles

Paulus hoc nouo loco perstringit hostes sanæ doctrinæ, depingens fructus doctrinæ falsæ. Idem uocabulum hic est Græcis, quod supra de liberis inobediētibus ἀνωτάκτοι qui in ordinē cogi nõ possunt, Die yhn vueder singen noch sagen lassen.

Et uaniloqui.

Non habet Euangelion alios hostes pestilentiores, quàm qui non præbent obsequium Deo, sunt enim ex contentione. Et quia sunt sine spiritu Dei, egregie uenditant se foris magnificis prædicationibus, atq; sic irrepunt in animos hominum. In Corinthijs scriptum est, Regnũ Dei est in uirtute, nõ in sermone. Regnũ Sathane & peruersæ doctrinæ est tantũ in sermone. Atq; hoc signũ esse debet certum iuuenibus bonorum concionatorum, si uiderint eos modestos & graues esse in sermone. Rursum malorũ doctorum signum hoc habere debent, si uiderint eos iactabunde, superbe, contentiose &

amarulenter inuichi in alios. Tales fuerūt Prophetæ horum temporum, & Sacramentarij & Anabaptistæ, nouum monachismum profitentes. Sunt enim à fide alieni & uaniloqui doctores operum, etiamsi fortiter aliud simulent.

### Et seductores mentium.

Nulla capitalior iniuria est, quàm eorū, qui cum maxime fallunt, hoc tamen agunt, ut uiri boni esse uideantur. Sana doctrina erigit mentes in spem, fore ut curæ sint Deo. Hæc uaniloquētia, nō erigit sed seducit mentes, auertens eas à fide ad opera & legis obseruationem, ideoq; sequitur

### Maxime qui sunt ex circuncisione.

Id est ex Iudæis. Vocat enim scriptura Iudæos circuncisionem, sicut gentes præputium. Obseruent hic diligenter pueri Iudæos reprehendi à Paulo, hoc maxime nomine, quòd simul cum Christo docerent, obseruationem legis esse necessariam ad salutem aut iustitiam. Tractatus est hic locus de abrogatione legis copiose in Galathis & Rhomanis. Vtinam autem euelli possit ex hominū animis hæc opinio, quam scholæ inuexerunt, Christum uenisse non ut leges nouas conderet, sed ut remitteret peccata credentibus in nomen eius. Tam est congenita nobis operum

operum ratio. Et ô bone Iesu quota pars hominum est, quæ uere intelligit, CHRISTVM esse nostrâ iustitiâ, etiam si hæc uox sit iam omnibus in ore. Impingit enim natura in hoc paradoxon, & uix ex animo illud ipsum agnoscunt homines spirituales.

### Quibus oportet obturare os.

Ad potentiam uerbi in docendo requiritur ἰσχυρὸς λόγος, hoc est, ut tantam lucem testimoniorum sanæ doctrinæ aduersus illorum uaniloquentiã adferamus, ut pudeat eos porro talia loqui. Est autem ea uis uerbi Dei, ut etiam cor hominis non credentis iudicet & uarie adficiat, si recte secetur. 1. Corinth. 14. Quod si omnes prophetetis, ingrediatur autem incredulus, aut indoctus, coarguitur ab omnibus, Et si dijudicatur ab omnibus occulta cordis eius manifesta fiunt, atq; ita prociðes in faciem adorabit Deum, renunciãs quòd Deus reuera in uobis sit.

### CANON.

VVer nicht durch die lere das geuiffen triffi, trost, und das hertze rueret, und auff Got und den glauben bauet, der prediget keyn Euangelion.

### Qui totas domos subuertunt.

Alio loco dicitur, Serpit sermo eorum tanquam cancer. Doctrina operum est plausibilis & popularis, proinde facile inuenit auditores. In cū modum



Iohannem Baptistam magis expetunt esse Meschiã Iudæi, uenit enim duro genere uitæ, quod uehementer admiratur natura, quàm ipsum Christũ, siquidẽ nihil externæ sanctimonie relucet in uita & cõuersione Christi. Offenduntur autem maxime Iudæi, homines in speciem sancti, Iohãnem dicere Christũ à Nazareth, & fabrum, esse agnum Dei tollentem peccata mundi, Et illud sanctum atq; durũ uitæ genus quod præ se tulit Baptista, nihil commodare ad emerendam salutem.

Docentes, quæ non oportet,  
turpis lucri gratia.

Nullũ genus hominũ est punitiosius sanæ doctrine hoc genere, eo q; Iudam sequitur, cognomentũ habentẽ ischarioth, mercedes, id est cuius deus uenter est. Quemadmodum re ipsa experimur multos, imò plerosq; omneis sacrificulos suum cultũ Dei, et missarum abominationem, quàm sciunt blasphemiam esse in Deũ, tã mordicus tenere atq; defendere, omnino uentris caussa ne egeant, ne algeant, alioqui tolerabiliores sunt qui zelo ducuntur.

Dixit quidam ex istis proprius ipsorũ Propheta, Cretẽses semp̃ mendaces, malæ bestię, uentres pigri, hoc testimoniũ uerum est.

Durū scōmma in Cretenses, est autē sententia, antiquū obtinēt Cretenses, quoniā eorū mores prouerbio locum dederunt. Nam uentris causa eos facere oīa ipsorummet uere Propheta, uerus uates Epimēdes testatur, multis etiamnū retroactis seculis. Vide Prouerbium  $\text{Ἰὶα κάππα, κάκισα}$ .

Cōtemnere debēt adolefcētes indoctorū quorundam Theologorū stupiditatē adserentiū, Christianis nō licere, ut linguas aut bonas literas discāt. Nā ex Hebræa et Græca lingua sūt hæretici. O tēpora, O mores, O coelū, O terra, O maria Neptuni. Quid est si nō hæc est insania? Nā in Dec. Disti. 9. statuitur recurrendū esse ad Hebræa et Græca uolumina, uerba Decre. sunt, sicut ueterū librorū fides, de Hebræis uoluminibus examinanda est: ita nouorū ueritas Græci sermōis normā desiderat. Idē est Di. 37. Errat q̄ clerōs à lectiōe seculariū literarū p̄hibendos putat, altoq̄ Moses & Daniel, sapiētia et literis Aegyptiorū Chaldæorūq; nō paterētur se erudiri, quorū tamē supstitiōes simul et delutias horrebāt. Nec etiā ipse magister gentiū aliquot uersus poetarū suis uel scripturis uel dictis indidisset. Diuus Hierony. super hoc loco sic ait, Grauisimæ est necessitatis ut p̄bemus ea quæ à sanctis p̄phetis ante secula multa prædicta sunt, tam Græcorum quàm Latinorū & aliorum gentium libris contineri.

Extat Synodus Eugenij Papæ contra neglectum  
 & contemptum literarum Dist. 37. his uerbis, Om-  
 nino cura & diligentia habeatur, ut magistri & do-  
 ctiores constituantur, qui studia literarum liberali-  
 umq; artium dogmata adsiue doceant, quia in his  
 maxime diuina manifestatur et declaratur mandata.

Vtinã cõtingeret nobis similis quidam Eugenius  
 literas, quæ iam ruinã minatur, ab occasu uindicãs.

Esto autem hoc argumentum sit sane à factò du-  
 ctum, tamen ex loco Corinthiorum clarum est, do-  
 num linguarum esse à spiritu sancto. Anathema au-  
 tem sit, qui optima dona Dei abiecerit atq; contẽpse-  
 rit. Gratias uero agat Deo patri iuuentus, q̄ pro sua  
 benignitate, dignatus sit illos eo honore, ut habeãt  
 qui linguas & literas docere possint.

Quam ob causam redargui-  
 to illos.

Græcis est reuelle, est enim ἐλέγχειν iuris  
 uocabulum, & significat conuincere, adeo, ut is,  
 qui conuincatur, cogatur peccatũ suum agnoscere,  
 sicut supra quoq; dictum est, Sage es yhn, das sie es  
 greiffen mugen.

Seueriter.

Græce à τὸ τῶμος ad uiuum usq; Das es  
 yhn ruhe thu.

## Vt sani sint in fide.

Sanitas fidei est, fide in Christum iustificari hominem, neq; opus esse homini ullis meritis, aut satisfactionibus suis ad comparandam iustitiam. Iam qui aliud docet, sanitatem et seipsum inficit & perdit. Hæc docentur in Romanis & Galathis.

## Non attendentes Iudaicis fabulis

Elevat hoc uerbo: Iudaicis fabulis, totam legis Mosaicæ auctoritatem. Nam lex est fabula, si hoc nomine docetur, tanquam conducatur aliquid ad consequendam iustitiam,  $\mu\upsilon\delta\omicron\upsilon\upsilon$  est narratio uerisimilis, quãdo scilicet res facta uel quod fieri potuit proponitur, cuiusmodi est Homeri & Vergilij argumentum, de Troia, de Ulyssæ, de Aenea & de Turno.

## Præceptis hominum.

$\tau\alpha\ \tau\epsilon\iota\upsilon\omega\sigma\iota\varsigma$  est sicut in Matthæo. Hic populus labijs me adoratur, sequentes doctrinas, quæ sunt mandata hominum.

## Auersantium ueritatem.

Veritas & fides sunt Dei, mendatum & Hypocrisis sunt hominum, Proinde ueritati studet qui Christum habent iustitiæ auctorem, et mediatorem Dei & hominum. Rursum mendatum sequuntur & auersantur ueritatem, quicumq; docent lege etiã Moysi nõ modo humanis traditionibus parandam

esse salutē. Obiter ut principio dixi, hæc asperguntur ex genere didactico, uerum copiose sunt hæc disputata à Paulo in Galathis, cum ait, Si ex operibus legis est iusticia, Christus gratis mortuus est. Et in Romanis, Lex iram operatur, ergo non iustificat.

### Omnia quidem pura puris .

Moses mandato Dei dixit omnia animalia esse immunda, atq; interdixit eorum usum iudeis, quæ non ruminarent, neq; diuiderent ungulam. Præterea noluit Deus quicq; sibi offerri, uel acceptum de armentis, uel de pecoribus, nisi esset integrum & sanum, Mit gantzen uollen glydern, und das keyn fehl hat. Deinde etiam masculinum & unius anni. Hic rursus quasi per Anihitesin obiter meminit Baptismatum, et purificationum externarum legis, super quibus magna contentio fuit Apostolis cum iudeis, de templi abrogatione, et spiritali adoratiōe. Habes colloquium Christi cum Samaritana, Iohannis 4. Omnia deinde esse munda mundis, & utendum esse omnibus creaturis cum gratiarum actione, siquidem omnia sanctificantur, Verbo Dei, plene sunt Apostolorum Epistolæ. Notus locus est in Colossen. Nemo uos iudicet in cibo & potu, aut ulla parte dierum, neq; in nouilunio &c. Idem palam docetur Actorum 15. Et quando Petrus uidit limtheum

Intheū plenum animalium mundorum & immundorum, demitti de caelo &c. Sit hic satis nonnihil de ijs attigisse. Nam hæc disputatio uiros desiderat non infantes, qui lacte alendi sunt, non cibo solido.

## QVAESTIO. XVIII.

CVR præcepit Deus Leuitici 1. Ut quicquid offerretur, & de armentis & pecoribus, esset integrum & sanū, deinde masculinū & anniculum?

XVIII

## RESPONDEO

Quoniam nihil placet Deo, nisi habeat masculinam uirtutem, adeo ut taurus & agnus anniculus generare possit & esse aliquo usu. In manco damnatur uniuersa natura, quæ morbo illo fontico Adæ atq; peccato originali infecta, tantū potest abortiū facere, et truncam proferre sobolem. In uitioso damnantur omnia consilia & actiones hominum, nam uitia naturam sequuntur.

Quomodo igitur fiunt munda hæc sacrificia, id est, quibus modis mundatur hominis natura?

XIX

## RESPONDEO

Paulus ait, Quicquid creauit Deus bonum est, & nihil reijciendum, sanctificatur enim per sermo- nem Dei, ac orationem. 2. Timo. 4. De iudicis legis.

Qualiter sanctificantur omnia, ut sint integra ac sana, id est, cuiusmodi est ille sermo Dei per quē sanctificantur omnia.

XX

A N N O T. I N

R E S P O N D E O .

CHRISTVS factus est nobis à Deo sapien-  
tia, iustitiâq; , & sanctificatio & redemptio. 1. Cor. 1.  
Nam gloriamur nos accepisse pro nostra iniustitia,  
iustitiam Christi, & pro nostro delicto, Christi in-  
nocentiam. Atq; hæc est sana & pura doctrina, sa-  
nans & purificans corda hominum. Nam nihil ha-  
bet neq; pravi neq; vitij, alioqui qui aliud docent  
imprimunt cauterium conscientijs hominum.

XXI

Qui igitur sunt mundi?

R E S P O N D E O

Sanctificati per uerbum, quo sciunt se aliena iu-  
stitia, nempe iustitia Christi mundari & sanctificari.  
Eiusmodi sunt doctores fidei, & q; eos sequuntur.

XXII

Qui sunt immundi?

R E S P O N D E O

Doctores operum, & qui eos sequuntur. Nam  
lege & satisfactionibus, aut consilijs hoïum nunq;  
purificatur cor, neq; potest in illis unquam acqui-  
escere conscientia, Roma. 4. Vere itaq; dicitur, pollu-  
ta est illorum mens & conscientia.

XXIII

Quibus confert Petrus eos, qui se putant iustifi-  
cari posse operibus?

R E S P O N D E O

Porco confert, qui cum sit nitida cute beneq; lo-  
tus, tamen in uolutabro luti quærit suas delitias. Idē  
faciunt

faciunt & ij, qui à fide ad opera relabuntur

Deum profitentur se scire, cū  
tamen factis negant.

Dei nomen iactant & doctrinam, Exemplo tibi  
esse potest, quòd cum dicunt quidam qui gloriàtur,  
se in locum Petri & Apostolorum successisse, recte  
se docere, factis tamen negant, quoniam prohibent  
nubere & uesci quibuslibet. Præterea consingunt  
nescio quam rationem uitæ ualere ad cõsequendam  
uitam æternam. Contra hoc sunt diuina oracula &  
Decretum Gangrensis Concilij, Dist. 31. Si quis car-  
nem manducantem ex fide, cum religione, præ-  
ter sanguinem & idolo immolatam & suffocatam,  
crediderit condemnandum tanquàm spem non ha-  
bentem, qui eam māducat, Anathema sit.

Discere debent pueri nihil sanctitatis situm esse  
in esu carniū, siue utaris, siue non utaris. Verum  
putare Deum, ut scis & te peccare si carnes come-  
deris, rursus Deum placari & te bonum opus fa-  
cere si à carnibus abstinueris, hoc à malo est.

Cum sint abominabiles & di-  
cto non audientes et c.

Repetit clarius, quod dixit supra.

#### ABOMINABILES

Quos Deus & oēs impij abominantur, grex est



Inde enim fit, q̄ cum sint à facie Dei eiekti, nullius hominis conscientie mederi possint, Psal. 1. Ideoq̄ non consistent in iudicio impij, neq̄ peccatores in consilio iustorum.

Dicto non audientes.

Quomodo enim audiet Deum eiektus à facie Dei.

Reprobi ad omne opus bonū

Quomodo potest enim arbor mala fructus bonos facere? Tuentur enim sua tantum non facientes ea opera, quæ ussu fieri Deus.

## CAP. II.

AD TITVM.

Tu uero loquere quæ decent sanam doctrinam.

**P**ERTRACTATO eo argumento, quo in formandus est episcopus, qui debet sane & potenter docēdo Ecclesie præesse, atq̄ hoc in genere. Nunc docet per distributionē, quid priuatim deceat singulas ætates, atq̄ singulos hominū ordines. Vult enim Deus omnes homines saluos fieri.

Primus locus huius Capituli est ad hortatorius, ne scilicet offendatur Titus, etiamsi nō oīa respondeant

deant suis uotis. Alioqui frigere facit & cessare Sa-  
 than, atq; sui quasi pœnitere officij & operæ uerbi  
 Doctores, cum uident plerosq; omnes abuti Euan-  
 gelio, & paucos credere, quasi uero penes eos sit ut  
 currat Euangelion. Didicit Paulus longo rerum usu  
 quod scripsit Timotheo, Solidum fundamentum  
 Dei stat, habens signaculum hoc, NOVIT DO-  
 MINVS qui sint sui, & discedat ab iniquitate om-  
 nis qui nominat nomē Christi. Sic re desperata pror-  
 sus obediuerunt Euangelio Colossenses, cum Pau-  
 lus iam Romæ in suo conductu ageret. Idem accidit  
 Paulo in Corintho, cum diceret ei Dominus, ingre-  
 dere, quoniam populus est mihi multus in ea urbe.  
 Lege similem Historiam de Helia in libris Regum  
 Reliqui mihi septem millia uirorum, &c.

Est itaq; sententia, Esto sane, seducantur multi  
 ab ijs, quos dixi, tamen tu loquere, quæ decent sa-  
 nam doctrinam, Es wird also lere nicht abgehn-  
 Et tu tantum es statua Mercurialis, uiam indicans  
 docendo & monendo, Leyhe du nur das mau dar  
 zu, und las es Got walten, Du bist nicht der man  
 der die leute Kan frum machen. Si quis abusus fue-  
 rit summo beneficio Dei, pereat, nam eius damna-  
 tio iusta est. Et electi non offenduntur, Non electos  
 uero offendi nihil est mirum, Tu loquere.

## Senes ut sint sobrii.

Sobrii, id est, non temulenti, sed uigilantes. Magna enim pars reipublice Christianae pendet à senibus, quorum consilijs utuntur iuniores, & imitantur illorum mores. Recte dixit Poëta Iuuenalis.

Sic natura iubet uelocius & citius nos,  
Corrumpunt utiorum exempla domestica magnis,  
Cum subeant animos, authoribus. Nā quod magnorum exemplo fit, id iure fieri putatur.

Ego puto Paulum dicere, cauendum esse senibus, ne merito in eos iaciatur Prouerbum, Aquilæ senectæ. Multum enim bibunt senes propter defectū caloris innati, Germani sic. Eyn aler man mus seine sterck yn der Kantē suchen, yn weichen betten, und hinder dem offen beym feur.

## Graues.

σπουδός id est honestatis studiosos, id quod dicunt Germani de sene graui, Es ist eyn ehrlicher alter mā. Est autem grauitas in moribus, in gestu, in oratione. Hiero. Honestos, ut ætatis grauitatem, morum grauitas decoret.

## Modesti.

Id est, Moderatis animis. Die da Kommen ansich haltē. Nā senes solent immoderatus excādescere, Sie seyn x überlich. Laudant enim sua tēpora, nec facile

facile ferunt aliorum mores. Quomodo dixit Hora-  
 -Laudator temporis acti. Interim nō displicet intelli-  
 gi ὁ ὄφρονες pudicos, non amatores. Alioqui de-  
 -citur, Die alten narren die besten. Et ut Cicero ait,  
 Luxuria omni ætati turpis, senectuti sædiss. est.

### Sani fide.

Nam oportet senes experientia rerum spiritua-  
 -lium firmatos, usum fidei & Christi cognitionē gna-  
 -uiter tenere, ut sint alijs exemplo & docendo & cō-  
 -solando, & toto genere uitæ. Facilis autem reductus  
 est senibus ad uomitum, id est, ad ea, quibus à pue-  
 -ris adsucuerunt, maxime si in uitæ bonorum, aut sa-  
 -mæ discrimen adducantur, nisi eò promouerint, ut  
 -sciant se fide in Christum saluari, & illum mortem  
 -cum mundo uicisse.

Quam uerum est Prouerbum, Canis uetulus non  
 -facile adsucscit loro, tam magnum miraculum est,  
 -senem posse ex sua inueterata iamnum uitæ consue-  
 -tudine emergere, atq; credere Euangelio.

### Sani charitate.

Vt omnia hominum facta & consilia in melius  
 -interpretetur. Quoniam charitas, ut inquit Petrus  
 -Apostolus, tegit multitudinem peccatorum, ex-  
 -cusat fratris delicta, et reponit pro insania fratris  
 -bonum sermonem, id quod senes perraro faciunt.

Sani patientia.

Ut nō modo ad aliorum uitia cōniueant, excusantes & tegentes omnia quæ sunt fratris, uerum etiã ut ferant conuitia in ipsos iactata, deniq; reliqua mala, quæ ab alijs obueniunt. Facilius enim omnia ferunt quàm contemptū sui. Quorū uox est. Meyn barth ist mir zugrayue uorden, das ich uon eim yeden leyden sol.

QVAESTIO. XXIII.

XXIII Quæ Decent sanam doctrinam?

RESPONDEO.

Sanam doctrinam decet, ut singulorum hominū & ætates et ordines per eam erudiantur. Nam hoc est, quòd Christus patitur se à Iohanne baptizari. Idem uides in Baptista, quemadmodum Lucas scribit, quomodo omnibus ordinibus præscribitur, quid eos deceat.

XXV Quæ sunt hominum ætates, & qui sunt hominum ordines?

RESPONDEO

Ad ætatem pertinēt, senes, adulescētes. Ad ordines uero pertinent, maritus, uxor, filius, filia, dominus, seruus, magistratus, plebeius.

XXVI Quid decet senem? Respondeo. Vigilantia, grauitas morum, modestia affectuum, usus fidei, & posse boni consulere omnium hominum mores, & ad eos conuiuere.

Anus itidem, ut in habitu sint  
qui religionem deceat.

De habitu decente bonas matres familias, loquitur multis uerbis Petrus in hunc modum, quarum ornatus sit nõ externus, qui situs est in plicatura capillorum et additione auri, aut in palliorum amictu: uerum occultus, qui est in corde homo, si is careat omni corruptela, ita ut spiritus placidus sit & quietus, qui spiritus in oculis Dei magnifica ac preciosa res est, nam ad eum modum olim & sanctæ illæ mulieres sperantes in Deo comebat sese, et subditæ erant suis uiris, quemadmodum Sara &c.

Vetus uerbum est, Anum malam posse efficere quod non possit Sathan, & esse internuntias plæ rüq; atq; lenas, ne caste uiuant adolescentulæ. Promde subijcit Apostolus, decere anus, ut honesta doceant, scilicet ut erudiant ad pudicitiam adolescentulas, ut ament suos uiros, ut ament filios, ut sint pudicæ, castæ, domus custodes, morigeræ &c. Alioq; per anicularum turpitudinem, si adolescentulas prostituant, fit, ut raro cohæreant matrimonia. In Comædia est, uereor ne me absente mulier corrupta sit, concurrunt multæ opiniones, quæ animum meum exaugeant, locus, occasio, etas, mater, sub cuius imperio est mala, cui nihil iã præter præciũ dulce est.

## Non calumniatrices.

Petrus Apostolus cum ait τοῦ πραέος καὶ ἡσυχίου πνεύματος, Vt spiritus placidus sit & tranquillus, Sanfft und stille. Opposuit duas uirtutes interioris hominis, duobus uitijs naturæ. Iracundiæ opposuit spiritum mitem, non oīa pro suo iure agentem. Vxor enim ueri & honestatis amans, non fert familiæ desidiā aut perfidiā. Proinde clamoribus & calumnijs nullum finem faciens, iracūdia sua turbat totam domum, Sie sollē es nicht alles engelreyn haben vollen, sie sollen uiel lassen für oren und augen gehn, ne blasphemetur Verbū Dei. Id quod fit quando suo merito cadunt in calumniatricis & iracundæ mulieris appellationem, Es ist eyn solch bose weib, es kan yhr niemant nicks zuo dancke thun. Id quod uix decet mulierem Christianā. Deinde conuicio et calumnijs, quas taciunt pudicæ & bonæ matres familias in impudicas, opposuit spiritum quietum. Siquidem nunq̄ inter bonas & malas recte cōuenit, Eyn frum weib der erhen kan Keynē luder paner hold seyn, sie Kan yr auch Kein gut w ort nachreden. Sed hæc minime decet mulierem Christi sanguine emptā. Ambrosius exposuit ἀκακόλογα adcusatrices, alijs detrahentes, loquentes quæ non oportet, Schelten und richten das yhn nicht zu steht, Crepitacula potius quàm mulieres.

## Non uino multo seruientes.

Vini potum non prohibet mulieribus, sed hoc caueri uult, ne sint seruæ uini, nã ut ait Hieronymus Quod in adolescentibus libido, hoc in senibus ebrietas est.

## Bene docentes.

Nisi se sibi tantum ornent nõ alijs, nisi mutes fuerint et placidæ, deniq; nisi abstemiæ fuerint anus, ineptæ erunt atq; inutiles ad docendũ adolescentulas.

## Vt pudicitiam doceant adolescentulas, ut ament uiros suos.

Egregium exemplum huius doctrinæ prescriptum est ab Augustino, in confessionibus de Monica matre sua, habente uirum, Patritium nomine, ad furorem usq; iracundum. Nam ego omnino puto Paulum hoc uelle, cum ait eos amare debere uiros, non de terri mariti uitijs naturalibus ab amando, sed uitæ sociam esse & tolerantem illorum uitiorum.

## Vt ament liberos.

Amor liberorum est in educatione & disciplina ad pietatẽ. Quemadmodũ inquit Salomõ, Stultitia alligata est in corde pueri, uirga fugabit eã. Vulgus mulierum aestimat se tum diligere liberos, si nõ contristent, si orania quæ cupiant largiãtur, si liber



tatem peccandi tribuant. Verum scriptura non uocat hoc amare liberos, sed odisse, Qui amat filiū aſſi-  
duat ei flagella, ait Solo. Et caſtigans uirga puerum  
liberat animam eius ab inferno.

Vt ſint pudicæ, prudentes

Nobilis eſt ſententia, Quid poteſt ſaluū eſſe mu-  
lieri, amiſſa pudicitia? Inuenias nunc multas, ſi Dijs  
placet, Chriſtianas mulieres, quibus nihil eſt uel in  
moribus, uel in geſtu, uel in ſermone, ſcurrilius &  
obſcœnus.

Puræ.

Vitantes omnem turpitudinem, Die ſich enthal-  
ten alles was vnder ehre iſt.

Domus cuſtodes.

Quantum damnum adferat muliebri pudicitie,  
ultra citroq; diſcurrere & peregrinari, teſtatur Di-  
nae factum. Noti ſunt uerſus germanici, Eyn edelmã  
der ſein erbe uerkaufft, Ein ehvucib das zum ab-  
las laufft &c. Ex Solomone didicerunt germani ap-  
pellare matrem familias, gloriam domus, Die haus  
ehr. Nam nullum maius ornamentum poteſt domui  
noſtræ contingere bona matrem familias. Roteroda-  
mus Plutarchum citat aſſerentem ueteres pinxiſſe  
Venerem teſtudini inſiſtentē, quod id animal nunq̃  
à domo ſua recedat. Symbolū probæ matris familias

Prover.

Proverbiorum 14. Sapiens mulier ædificat domum suam, stulta uero euertit eam.

Benignæ, subditæ uiris suis.

Siquidem in sociam uitæ, & omnium fortunarū condita est mulier, decet eam blandam esse & bonam, ut per eam mitigentur uiri curæ & labores.

Hieronymus pulchre hic rationatur, cum caput mulieris uir sit, caput autē uiri Christus. Quæcūq; uxor nō subijciatur uiro suo, hoc est capiti suo, eiusdem criminis rea est, cuius & uir, si non subijciatur Christo capiti suo.

Subdi aut obedire marito latius putet quàm natura credat. Est enim prorsus ex uiri consilio atq; uoluntate pendere, adeo ut sciat, sibi maritum siue stultus sit siue intelligens, morosus siue blādus, pauper siue diues, Dei uoluntate obtigisse, & Deo obsequi si marito obsequatur. Deinde etiam se in eo opere Deo placere, alioqui in Comœdia male audiunt mulieres, eo q̄ cū gratia raro mariti impetrent ab uxoribus quod uolunt, nam non morem gerere uelle maritis, quasi facta est mulierum natura. Sic enim ait in Comœdia senex, Pergin, mulier esse? Nota est Solomonis sententia, Probam mulierem quis inueniet, ea præstat gemmis, cōfidit in ea cor mariti & res familiaris non deficiet &c. Et alio loco, Inter tria quæ perturbant terram numeratur & hoc, si morosa nupserit.

## Ne sermo Dei male audiat.

αιτιολογία, & causa huius Paradoxi, Mulier enim fidem habens, ut est ad Timotheum à Paulo scriptū, et suæ uocationi seruiens salua erit. Iam gignere & educare sobolem, subijci marito, curare domum, sunt suæ uocationis opera, quæ fieri præcepit Deus, cum ait ad Heuam, Ad uirum tuum cōuersio tua, & ipse tibi dominabitur, multiplicabo & rumpnas tuas, et cōceptus tuos &c. Rursum, mulier negligens præceptum Dei & suam uocationem, facit ut blasphemetur uerbum Dei, cum etiam gentiles scæminæ, uiris suis seruiāt, cōmuni lege naturæ.

Obseruent pueri Paulum hic breuiter, quod statim facturum est copiosius, complexum esse, discrimen præceptorum de moribus, quæ tradūt Apostoli aut scriptura, & quæ tradunt gentilium literæ. Scriptura allegat nomen & uoluntatē Domini. Philosophorum præcepta autem, neq; Dei, neq; nominis eius, & cui fidendum, & quod timendū est, ullā faciunt mentionem.

Adolescentes similiter adhortare, ut sint sobrii.

σωφρονέες prudentes, uigilantes, adfidei, & seduli in eo quod facere eos oporteat. Nam ephēbis, & adolescentibus nihil est neq; incōstantius, neq; ineptius.

ineptius. Putant enim pro iuuenili ardore omnia tentanda & subeunda esse, quemadmodum ij adfectus à Poëtis graphice depicti sunt, imberbis iuuenis tandem custode remoto &c. Verum Paulus uult omnia intra modum quendam consistere & uoluntate Dei, atq; senum aut parentum cōsilio cohercendam esse imperitiæ iuuentutis licentiam. Vulgatum est enim. Eyn schuler ist yhn der schul eyn engel, auff der gassen eyn teuffel. Scire itaq; debent adolescentes adhibiti ad literas, aut ad alia negotia parentum mandato, se Dei mandato adhibitos esse, & eos decere, ut strenue & magna sedulitate incūbant in ea opera quæ mandatur illis. Rursum offendidi Deum & se ualde peccare, nisi parentibus obsequuti fuerint, non minus quàm Saul peccauit, non obediens uoci Domini in perdendo Amalech, aut Iohannes Baptista, si contempto mandato Dei non baptisasset ad Iordanem.

Per oīa temetipsum præbens formam bonorum operum.

Hic redit rursus ad informationē Episcopi, estq; sententia, Tu loquere quæ decēt sanam doctrinam, & adhortare omnes ætates atq; ordines, ut faciant quod se dignum est. Verum ita ut sanæ doctrinæ exemplar aliquod in te ipso habeant, quod intueantur

Œ sequantur, ueluti dicat, doctrinæ sanitas debet eos adducere ut placeat omnibus sic esse.

Noua plane uox est, esse opera in doctrina, in quæ inspicere iubet omnes homines, quorum exemplar uult exhibere Titum in semetipso. Nam Græca lectio cogit me hanc sententiam sequi. Est enim Græce, Ante omnia teipsum exhibens formam honorū operū, quæ opera sunt in doctrina, uidelicet integritatem, grauitatem, sermonem sanum, irreprehensibilem.

Primum operum in doctrina est exhibere in docendo integritatem, ne quid scilicet admisceamus de nostris affectibus, de ira, auaritia, aut ambitioe, neq; enim tum priuatæ iniuriæ ulciscendæ sunt. Christus uetuit Matth. 10. ne salutarent in uia quenquam, id est, ne quid facerent ad conciliandos sibi homines.

Cauendum est etiam, ne ij qui docent, misceant leges, & publicarum rerum statum cum Euangelio, quemadmodum uidimus Prophetas nostri seculi facere, qui ex Mose ius dicendum uolebant, ignorantem uim libertatis Christianæ, quæ utitur omnium gentium legibus & moribus. Atq; utinã omnes concionatores, qui sibi uidentur ualde pij, uacaret hoc affectu, tum enim permitterent administrationem  
macelli

macelli, culinae & negotia fori magistratibus, neq; wie man sol  
arrogarent sibi us coquendae cereuisiae, aut uen- Kosent bra-  
dendarum carniuum, lanae, ferri, & nescio quarum wen.  
derasarum pellium. Idem iudicabis de usuris, de de-  
cimis, & casibus coniugij, nam haec omnia ad magi-  
stratum civilem pertinent.

Secundum est exhibere grauitatem, quae leuita-  
ti opponitur, adeo ut sciant, qui docent, docere se in  
Ecclesia, & in conspectu Dei, Euangelion, non fa-  
bulam aut Comaediam, Das es ein ernst sey. 1. Pe. 1.  
ἡς ἂ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι πρᾶκῶτα.

Tertium, docere sanum sermonem, ut Christi ius-  
ticia sola iustificemur coram Deo, sine operibus,  
adeo ut dicatur, qui potest capere, capiat, & ipse  
nouit qui sint sui, ne scilicet delabamur in eam sen-  
tentiam, in qua multi sunt, Christum uenisse nõ tan-  
tum ut remittat peccatum, sed etiam ut instituat in  
hoc mundo regnum, conditis nouis legibus.

Quartum est exhibere sermonem irreprehen-  
sibilem, qui contemni non possit, Die mir das geuiss  
sen und das hertz rure. 1. Corin. 14. Nã etiam si Hy-  
pocritae foris eũ qui sic loquitur & hoc modo sanè  
doceat, fortiter contemnant, tamen iudicantur secre-  
ta cordis eorum ab illo qui docet. Hypocritarum  
uox est, utinam is aut ille non esset haereticus, qua

A N N O T. I N

uoce dat testimoniū sanæ doctrinæ, ideoq; sequitur,

**Vt is qui repugnat, rubore suffundatur, nihil habens, quod de uobis dicat mali.**

Fieri autem non potest ut pudeat aduersarius, nisi auctoritatem habeat in docendo, is qui docet. Rubore suffundatur, scilicet, cum te audierit docentem, ea quæ cor iudicant, Schamrod werde. Nihil habens, Vnd Kunne nichts auffbringen.

**Seruos hortare.**

Vt in omnibus illis placeant, Das sie yhn yn alle stucKen zu gefallen thun. Non suffurantes, Das sie iren herren nichts heimlich abziehen. Non respōsatores. Die nicht widerbellen. Fidem omnem bonam, Eytel trew und glauben.

**Vt suis dominis pareant.**

Græce est ὑποτάσσειν subijci, significat autem pronam uoluntatem seruorū, ut libenter patientur imperium dominorum suorum. Ad eā pronitatem ferendi imperij uult adhortandos esse seruos Paulus, Gott vull haben, das die diener also gesynnet sollen seyn, das zu thun und mit yullen, yuas sie nur die herrn heissen Kunnen.

**In omnibus illis placeant.**

Id est,

Id est, studeant in oibus placere dominis, etiamsi quid fiat aut iubeatur contra uoluntatē seruorum, modo non sit contra Deum. Sic seruiuit regi Babyloniorum Daniel cum suis sodalibus, Ioseph Pharaoni Aegyptiorum rege. Item Naaman regi Syriorū.

### Non responsatores.

Græce est μη ἀντιλέγοντα non contradicentes, adeo ut non tueantur se aduersus dominos, etiamsi iustam causam habuerint. Exemplū habes in Ioseph, qui passus est carcerē in iustissima causa, ad triennium usq̃.

### Non suffurantes.

ῥοσφίξεν est decerpere aliquid & furtim subtrahere. Est autem seruis peculiare, esse mala se dei, quomodo Virgilius dixit, Quid facient domini audent cum talia fures, id est, serui. Et luena. Pone crucem seruo. Henge vueg che das holtz uergehet.

### Omnem bonam fidem.

Fides Græcis & Latinis ualet corā Deo & hominibus, id quod dicūt germani. VVer dē menschē nicht glaubē helt, vwie solt der Gott glauben haltē. Vetus dictum est, Oculus Domini impinguat agrū, quo dicto declaratur, non esse fidem penes seruos. Religiose dictum est, Getreuen dienst belonet Gott. Nam seruus pro sua uocatione, si eam sequutus fuerit



vit, non minus placet Deo, equo insidens, aut mundans stabulum, quam is qui docet in templo, aut magistratus. Sic scriptum est de Ioseph Gene. 39. Inuenitq; Ioseph gratiam coram domino suo, et ministrabat ei, a quo prepositus omnibus, gubernabat creditam sibi domum et uniuersa quae ei tradita fuerant, nec quicquam aliud nouerat nisi panem, quo uescebatur.

### Apparuit enim gratia Dei.

Causa omnium superiorum. Est autem perpetuus Canon Apostolorum, amice rogando, obsecrando et large pollicendo, ad poenitentiam promiscue adducere omnes, adeo, ut placeat sua sponte bonus esse omnibus. Id quod est cernere non modo in hoc loco, sed et in Epistola et Romanis et Galathis dicata.

Est itaque sententia, Decet quidem Episcopos, ut bona fide praesint, senes, ut mutant congenitos adfectus, anus ut desinant esse crepitacula, adolescentes ut sedulo sua agant, et seruos ut sint fideles in officio, et obseruantes mandatorum Dei, id est, ut odio habeant pristinum uitae genus, et ut placeat illis ex animo alijs esse, id est ut poeniteant. Quonia Deus prior dilexit nos, atque apparuit et illustris facta est gratia Dei, qua semper bene uult nobis, nunquam male. Praeterea, siquidem gratia, fauore et beneficio Dei liberaliter, nobis interim nihil tale meritis, sumus saluati

saluati, meretur certe eius liberale beneficium, ut uicissim faciamus, quicquid ille iusserit. Nam hoc ipso beneficio dei erudimur, ut optime quaeque sectemur

Omnibus hominibus.

Etiā gentibus, iuxta illud, In omnem terram exiuit sonus corū, et in fines orbis terrae uerba coriē

Salutifera.

Salutem ferens. Est autem egregium ἐπιθετον gratiae, quae sit salutaris.

Quot sunt officia salutaris doctrinae?

RESPONDEO DUO.

Primum adesse et adferre salutem omnibus hominibus, omnibus ordinibus, omnibus aetatibus, iudeis et gentibus, tung und alt, hoben und nidrigentstenden. Secundum docere, quia ea opus habemus. Nam quia Dei liberalitate obuenit nobis gratia, efficax signum est, nos omnes quotquot sumus gratia Dei destitutos esse.

Erudiens nos.

Graece est παιδευσις, erudiens nos quemadmodum pueri solent erudiri, atque admoneri earum rerum, quas antea ignorabant.

Ut abnegata impietate & mundanis concupiscentiis,

Duo docet gratia.

Primo abnegare impietatem. Secundo abnegare mundanas concupiscentias. Impietas est, quæ ex sese querit iustificationem, neq; prorsus conijcit se in gratiam Dei, docet autem illud gratia hoc modo, si quidem tu homo liberali beneficio Dei, es Deo reconciliatus, consequens est, neq; lege Dei, neq; lege ulla hominum, neq; tuis operibus, neq; tuis satisfactionibus, deniq; neq; omnibus uirtutibus te posse iustificari.

### Mundanis concupiscentijs.

Non dicit abnegatis mundanis bonis, & eorum usu, sed abnegatis mundanis desiderijs. Omnes enim creature sunt bonæ & destinatæ ad aliquem usum. Præterea omnia, quæ quidem dicuntur in homine bona, sunt eiusmodi cuiusmodi est animus quæ utitur illis. Mundana desideria sunt, quæ uulgo ab omnibus desiderantur, parentes, patria incolumis, amici multi ex bono genere nasci, cognatorum propinquitas opes, gloria. Nam mundus putat esse beatos, qui ijs abundant, Psal. 143. Quorū filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua, Filie eorū compositæ circumornatæ, ut similitudo templi, Promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud. VVo man nit hin siset da ist hyll und fülle. Oues eorum foetose, abundantes in egressibus suis, boues eorum crasse. Non est ruina macerie, neq; transitus, hinden und uorn yuol beyuarth, nō ut caula quæ patet hinc atq; illinc

illenc, neq; clamor in plateis eorum, Da ist Keyn klag, sonst ynn eynes armen haus, da schreyen die Kinder, yetz felt brod, yetzt dis, yetz eyn anders.

Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. Dicitur sum uero & multo melius quiddam docet uerbum Dei, nempe abnega ista. Beatus est populus, cuius dominus Deus eius. Nam posterior sententia ad doctrinam gratiæ pertinet, sicut prior ad falsum iudicium nature. Quemadmodum & Christus ait, quid prodest homini si totum mundum lucretur & patiatur detrimentum animæ suæ. Copiose hæc disputatur Roma. s. de affectibus carnis & spiritus. Eruditens nos. Leret uns vuir eyn uater sein Kind leret. In presenti seculo, Die vueyl vuir hic seyn ufferdē, under den leuten. Sobrie, Fleysig und vnacker, yn allem das uns angehet, das vuir uns nicht zu uiel beschvueren. luste, Das vuir eim yedern thun vnas yhm lieb ist, recht und eerlich leben uor Gott und der vuel. Et pie, Das vuir Gott nicht erzurnen.

Sobrietas ad nos pertinet, iustitia ad proximum, Pietas ad Deum.

### Sobrie.

Erga nos ipsos in toto genere uitæ adeo, ut neq; nimium castigando frangamus, neq; nimium colendo & curando, ferocem & indomitam efficiamus

carnem nostram. Corpori enim cum honorem debemus, ut illi cibum demus & potū quoties esurierit & sitierit, ut excitemus ad laborē. Rursum ut actis laboribus requiem demus. Sicut dictum est à Poëta. Ocia corpus alunt, animus quoq; pascitur illis, immodicus cōtra carpit utrūq; labor. In Colossensibus castigat Paulus eos, qui corpus nō habēt in honore, id est, qui non suppeditant ei ut & necessaria. Cuius modi fuit S. Bernhardus, qui corpus suum nimia abstinentia & inedia macerans ita se perdidit, ut propter sœtorē anhelitus nō potuit conuersari hoībūs.

Iuste.

Hoc uerbum complectitur totam secundam tabulā Decalogi, nā iustitia postulat, ut obsequamur parentibus, & reddamus unicuiq; quod suum est, ut scilicet furemur proximi uitam, uxorem, bonam famam, fortunam, neq; quidq; illius, sed ut amemus inimicos iuxta atq; amicos. Paulus definiuit iusticiam hoc modo 1. ad Thessalonic. 4. Ne quis opprimat ac circumueniat \* in negotio fratrem suum. Christus iussit in Euangelio primum omnium quærendum esse regnum Dei & iusticiam eius, quæ est omnibus bonis pr omiscue & communiter uti, nam hoc ipsam est iuste uiuere in hoc seculo, Erbarlich, und auffgericht mit yederman handeln und vuanalen.

\* Vber den  
tolpel vuerf=  
sen.  
Quæ est iusti  
cia regni.

Pie.

Ut sciamus nos mera miseratione Dei, non non  
 straiusticia saluari, adeo q̄ si etiam sobrie, quantum  
 ad nos attinet, & iuste cum proximo uixerimus, ta-  
 men dicamus, serui inutiles sumus. Et ne intres in iu-  
 ditium cum seruo tuo domine, iuxta illud, Gratia sal-  
 ui facti estis atq; hoc non ex uobis, Dei enim do-  
 num est.

Expectantes beatam illam spem

Spes beata uocatur ab officio, uam beat,  
 Est aut spes fulcrum fidei, cui innuitur hoc modo  
 I Fides hæret in uerbo Dei, Romanorum 10.  
 Fides ex auditu est.

II Fides efficit, ut gloriemur nos perductos  
 esse in gratiam Dei, per quam duramus in afflictioni-  
 bus. Sic enim inquit cor fide persusum. Ich danke  
 Gott, das er mich zu dē erkentnis hat Komē lassen,  
 Ich hoffe auch Gott yuerde bey mir seyn yhn allen  
 meynen noten, ynn leyden und sterben.

III Statim autem, ubi quis coepit credere Deo,  
 est in foribus crux & persecutio.

IIII Quia uero ipse Christus affert secum cru-  
 cem, consequens est in cruce & afflictionibus exer-  
 cere fidem. Ideoq; afflictio patientiam parit, id est,  
 Christus adiuuat nos in ferenda cruce, & in toleran-  
 dis afflictionibus.

V Fu itaq; auxilio Christi, patientia sepe

lesa, non furor, ut ille inquit, sed firmitudo quaedam fidei, quam firmitudinem Paulus probationem uocauit, Rom. 5. Man geuont sein also, das man cyn un gluck uerachten Kunde.

VI Tandem spes ex probatione nascitur, ut dicamus perpetuo in omni adflectiōe, ego curae sum Deo, & Deus amat me. Proinde fieri non potest, ut me deserat, Der mir zuuor offimals geholffen hat, wird mich yetzund auch nicht lassen.

VII Obseruabit itaq; puer, spem habere in ueritate Dei, perinde atq; fidem in uerbo Dei.

### Magni Dei.

Ἐπιθετοῦ Dei est, ex Esaia adceptū, quoniam implet, gubernat, & sustentat omnia, iuxta illud, Quam domum ædificabit mihi? siquidem cœlum sedes mea est, & terra scabellum pedum meorum.

### Et saluatoris nostri Iesu Christi

Etiā si Paulus in Rhomanis copiose exposuerit Christum esse saluatorem, tamen placuit hic gustum quendam eius loci exhibere adolescentibus.

Ventilata est in scholis quæstio, An ne cuiuslibet hominis fides saluet atq; iustificet hominem, estq; uindicatum uarie. Sed pueri pro oraculo, Pauli sententiari mordicus tenere debent, qua statuitur, Fidem eam tandem iustificare, quæ credit in illum Deum, qui

qui excitauit Iesum à mortuis. Verba Pauli sunt Roman. 4. Non scriptum est autem propter illum tantum imputatum fuisse illi, sed etiã propter nos, quibus imputabitur credentibus in eum, qui excitauit IESVM dominum nostrum à mortuis.

Debent autem boni adolescẽtes perpetuo huius sententiæ meminisse, & ea animum suum confirmare aduersus blasphemias quorũdam Epicureorũ palam dicẽtium, satis esse omnibus in Deum credere, & illas magnas seditiones & fatalia mala tantum hinc oriri, quod fatemur Christũ esse Deũ, & esse quendam spiritum sanctum. Turcæ Deum credunt, sed Christum & spiritum sanctum negant. Papistæ credunt Deum, sed Christum negant esse suam iusticiam, tribuentes eam operibus. Gentes Deum credunt, sed Christum negant, ergo non saluãtur, nam Christus est saluator noster. Et Deus saluat per Christum, sine Christo non saluat. Hæc uolui aspergere tantum, & admonere pueros sanctissimæ sententiæ ne effluat.

Papistæ fingunt se hanc doctrinam semper sequutos esse, sed blasphemant. Nam hæc doctrina, sub annum Domini, M. D. XVII. primum Dei beneficio renata est, auspice Martino Luthero, de quo sic perpetuo sentire & loqui debent pueri, ut hoc paradoxo nunq̃ excidat. IS SCIAT IN SE PIETA.



TE PROMOVISSE, CUI LIBRI ET SCRIPTA  
LUTHERI VALDE PLACEBUNT.

Qui dedit semetipsum pro  
nobis.

Exponit cur uocet Christum seruatorem.

- I Qui dedit semetipsum pro nobis.
- II Ut redimeret nos ab omni iniquitate.
- III Et purificaret sibi ipsi populū peculiarem.
- IIII Sectatorem bonorum operum.

Hæc rursus aspersa sunt ex genere didactico, ex  
plicata fuisse Roman. 5.

Quis dignus est quod uocetur noie seruatoris?

R E S P O N D E O

Is uidelicet, qui et seipsum et sua omnia impendit  
populo, deinde hoc consilio, ut suo malo populus  
habeat bene. Eiusmodi uero seruator Christus  
est. Qui dedit semetipsum, qui pro nobis mortuus  
est, ut redimeret nos ab omni iniquitate, Das er uns  
frum machet.

Purificaret.

Suo sanguine. Pau. dicit aspersioe sanguinis sui.

Populum peculiarem.

Peculium est quod proprie ad nos pertinet. Ita  
uoluit sibi Deus populū peculiarem purificare, et  
proprie ad se pertinere.

Sectatorem

Sectatorem bonorum operum.

*Græcæ est Ζηλωτὴν. id est emulatore, Das sich selbs dazu drunge ungenotiget, es solt lust haben uil quis zuthun. Prouerbi. 2. Sapientes ubi au-  
dierint proficient, & cordati industriã consequetur*

Hæc loquere, & hortare.

*Halt an, & argue, Treibs frisch.*

Cum omni præcipiendi studio

*Id est, fac diligenter hæc præcipias, Vnd las dir's angelegen sein.*

Nemo te despiciat.

*Id est, Doce hæc cum omni libertate, Scheyu nye mand's daran.*

## CAP. III.

Admoneto illos principatibus  
& potestatibus subditos esse.

**E**TIAM SI hæc Epistola, quemadmodum in  
tio dixi, magna ex parte præcepta de moribus  
tradat, habeatq; legis speciem magis quam Euangelij,  
quod tantum remissionem peccatorum prædicat, donari  
credentibus per Christum, sine operibus aut satisfactio-  
nibus nostris, tamē lōge aliter hæc docetur à Pau. q̄  
ab ullo Philosophorum. Pueri Ciceronis officia, aut

Aristotelis Ethica discentes, uident magnam speciẽ uirtutis & honestatis iactari, uerum omnia in hoc dici, quasi penes nos sit faciendi illa plena facultas. Paulus autẽ & sacræ literæ admiscet causam, nempe Christi gratiam, quæ præuenit nos, hoc mereri, ut paulo ante audiuimus, & hic rursus repetitur id quod in uniuersum ignorat natura & ratio hois.

Præceptum de obedientia præstanda magistratibus ubiq; commodum, ualde necessarium est hoc tempore, ut subinde renouetur atq; inculcetur iuuenum mentibus, qui reipublicæ Christianæ pietatis, literisq; communis societatis hominum, futuri sunt seminarium. Pontifices Romani, ut suam stabilirent tyrannidem, authores fuerunt contemnendorum magistratuuum, nam uix Christianus habitus est magistratum gerens, aut iudicia capitalia exercens quasi magistratus esset iniuria, & non Dei ordinatio, quæ Deo placeat. Similes his fuerunt Prophetæ phanatici horum temporum, quorum stultitia mire reuelata est, Et nunc Anabaptistarum furor, nihil tam in uotis habetuum quàm, magistratuuum omnium legum & rerum honestarum communem perniciẽ. Proinde debent pueri sequi Dei præceptum, qui iubet obediendum esse magistratibus, & hoc præcepto Dei obfirmare animum aduersus has pessimas improborum hoium calumnias atq; blasphemias. Natura  
hoc it

hoc in uitio habet, ut de tribus generibus hominum male loquatur. De sacerdotibus, id est de ijs qui Euāgelium docent in Ecclesia, & administrant sacramenta. Deinde de Magistratibus, & tertio loco de sexu muliebri, siue scēminæ fuerint, siue uirgines.

Observare autem debent boni adolescentes, naturam ad hæc impelli præstygijs et insidijs Sathanæ qui mendax est & homicida ab initio. Nam hoc sequitur Sathan, ut pietatem, Verbū Dei, pacē publicam & honestarū rerū studiū tollat è medio. Quid enim saluū esse potest in Ecclesia, si de Doctoribus uerbi omnes male iudicent, & loquātur, & sublata fuerit ex Ecclesia docendi autoritas. Deinde nulla pax erit, nullum regnum consistet, nisi ad magistratus uitia nonnunq̄ conuenerimus, atq; pro eis orauerimus, ut Deus eos gubernet, nā ut ait Solomō, Cor regis in manu Domini. Deinde quæ honestatis erit ratio, si inhonesta fuerint connubia. Contra hos adfectus docet scriptura timorem Domini, fidē & charitatem. Fidē, ut sciamus omnia obuenire nobis uoluntate Dei, adeo, quòd si sub Tyranno uiuendum sit nobis, cogitemus nos hæc pœnam meruisse, nosq; esse in culpa, non magistratum. Timorem, ne Deo recalcitremus, sed toleremus pœnā nobis à deo inflictam, scientes eam tolerantiam placere Deo. Denn mancher meynet, vüenn er ym regimēt vüere

er vult es so und so machen, und vuennt er drynnē  
 yuere, so Kunde er nicht eyn leffel dazu vucsehen.  
 Quia cor regis in manu Domini est, nō in consilio  
 nostro. Charitatem, ut Magistratus vicia tegamus,  
 & pro illis oremus, nam nullum ingenium tantum  
 est, quod possit magistratum aut imperio esse satis.  
 Promde rogandus est Deus. Primū, ut extrudat ope  
 rarios in vineam suam, id est, ut det nobis bonos ma  
 gistratus in Ecclesia. Deinde etiam ut largiatur esse  
 bonos magistratus in rebus publicis, ut in pace uiua  
 tur. Nam inter arma silent non tantum leges, sed et  
 pietatis exercitia, atq; bona opera. Sic orat Zacha  
 rias Baptiste pater, ut ab omnibus inimicis nostris  
 liberati, seruiamus illi.

Et ut hic finiam breuem hanc disputationem, de  
 obediendis Magistratibus, quam uolui tantiū osten  
 dere obiter pueris. Videre licet lectori in Capit. 2.  
 Paulum docuisse, quid deceat omnes etates, & ordi  
 nes priuatim. In hoc autem Capite docere quid de  
 ceat eos publice. Magna uis est in uerbo ἀρχαῖς  
 quod sonat principatus, non principes, uelut dicat,  
 principatibus est obediendum, etiam si homines q  
 gerunt magistratum, sunt improbi & tyranni. Ar  
 gumenta efficaciora require ex Rom. 13.

Quatenus est obediendum magistratibus?

RESPONDEO

Quia

Quia scriptum est, Oportet Deo magis obedire  
quàm hominibus. Satis constat, diuinis literis pro-  
bati duplicem esse obedientiam, Obedientiã & Dei  
& hominum. Proinde eatenus est parendum princi-  
patibus, quatenus ciuilia iusserint, id est, dũ exigunt  
tributum, dum utuntur nostra opera, officio, studio,  
in tuenda publica tranquillitate, & in propulsanda  
iniuria. Si uero iusserint ea quæ sunt contra manda-  
tum Dei, tum non parendum est illis, sed sequenda  
hæc regula, Oportet Deo magis obedire quàm ho-  
minibus. Nota est Historia decem millium martyrum,  
q̄ passi sunt se pro Christi gloria occidi, aliàs in om-  
nibus obsequentes Imperatori.

Ad omne opus bonũ paratos

Hac distributione complexus est Paulus ea ope-  
ra, quæ sunt uitæ publicæ,

Nede quoquam maledicant.

Prima pars distributionis.

Maledicant, blasphemia afficiant, etiamsi illis fiat  
iniuria, quasi ab ulla creatura profectum sit hoc ma-  
lum. Diuus Hieronymus ait, Neminem blasphemare,  
non simpliciter adicipit, nec enim ait, neminem  
hominum blasphemare, sed absolute neminem, non  
angelũ, non aliquã creaturam. Porro hæc doctrina  
Pauli nihil est efficacius in serena cruce, oia scilicet  
quæ obueniunt nobis esse à Deo, Rom. 12. Vt probetis

que sit uoluntas Dei bona, beneplacens, & in qua nihil desyderari possit. Alias enim adusamus nre nostrae negligentiam, nunc improbitatem hominum, nunc Sathanae malitiam.

Nesint pugnaces.

- II Id est, contentiosi, sed placidi in ferenda iniuria nam Christianorū est pati, nō inferre iniuriā, quē ad modum Petrus dixit de Christo, Qui cum ei malediceretur, non maledixit maledicentibus sibi, Sic sollē nicht zencKisch seyn.

Sed humani.

- III sye sollen gelynde sein.

ἐπιείκεια, Est æquitas, cōmoda moderatio & interpretatio omnium dictorum & factorum, quæ proficiscuntur ab alijs, adeo ut etiam aliorum malefacta et dicta tegat et commode interpretetur, quomodo germani dicunt, Der ist vucyse und vuoelgert, der alle ding zum besten Kert. Aequitatem descripsit Therentius in sene, qui ait, Do, permitto, neq; necesse habeo omnia pro meo iure agere. Concedit enim nonnunq̄ publici commodi gratia de suo iure æquitas. ἐπιείκεια est, quod dixit Chremes in And. Pro magno peccato filij paululū supplicij satis est patri. Decet hæc uirtus omnes hoies, maxime uero Christianos, quos nihil tam dedecet quā in inimice

inimice interpretari aliorum dicta & facta. Fieri enim nō potest, ut pax publica cōseruetur, nisi alter ad alterius uitia conuincat. Laudauerunt sapientes homines moderata ingenia, cuiusmodi fuit Pamphili in Therentio, de quo dicit pater, Sic uita erat, facile omnes perferre ac pati cum quibus erat, cumq; una his sese dedere, eorum obsequi studijs, aduersus nemini, nunq̄ præponens se illis  $\mu\upsilon\sigma\alpha\upsilon\delta\ \rho\acute{o}\tau\alpha\upsilon\varsigma$  etiam iudicium nature execratur.

Omnes exhibentes mansuetudinem erga omnes homines.

Quarta pars distributionis. Omnes mansuetudinem, *Sanffimutig Keyt*.

Mansuetudo opponitur uindictæ, uult autem Titum hoc docere Paulus, ut commones faciat credentes, decere eos uilitatem & mansuetudinem, neq; concupiscere debere uindictam, quoniam Deum habeant & inspectorem & uindicem iniuriarū, iuxta illud, Stat ad iudicandū Dominus. Volo autē pueros meminisse puerbij germāici, cuius Lutherus auctor est, *Tria q̄ à γότα τα, tria sanctissima*. Quo significatur, tria esse que non patitur Deus eripi sibi, *Richten, Rechē, Rhumen*. Neq; enim cōcedit Deus alteri à se uel gloriam suam, uel iudicandi auctoritatem, uel uindictā, iuxta illud, *Gloriam meam alteri*



non dabo. Item, *Mihi uindictam & ego retribuam*  
*Et, iudicans corda & renes Deus.*

**Nā** eramus quondā & nos stulti

*Causa per pathon à minori, quo amplificat preceptum de charitate. Est q; locus communis, honestum, decet nos tales esse. Nam similia in nobis patienter tulit Deus.*

*Puto aut Paulum hic dicere de suo crimine, quando scilicet zelo magno plenus minarū persecutus est Ecclesiam. Nulla porro potest maior esse predicatio gratiæ Dei, quàm ea, quòd tolerauit mala nostra, Rom. 3. propter remissionem præteritorū peccatorum, quæ Deus tolerauit ad ostendendam iustitiam suam &c. Nostra mala, quæ sub Papatu perpetravimus, tulit Deus patienter, ut ostenderet nobis iustitiam suam. Mala adolescentiæ nostræ tolerauit ut ostenderet se iustum esse, & iustificare eos q; sunt ex fide Iesu. Meretur deinde hæc tolerantia Dei erga nos, ut uicissim alter alterius onera portemus. Inobedientes, Vnd uolgeten niemands. Errantes, Theten vuas uns gelustet. Inuidia, gundten niemads guts dann uns selbs. Voluptatibus uarijs, alleine des das uns yuolhet. In malicia, in unser eigē boßhet.*

**S T V L T I**

*Stultos appellat scriptura, qui cū ex se inuenire nihil*

nihil possint, quod aut pium sit aut honestum, tamē  
 neq; obsequuntur interim recta monentibus, germa-  
 nice, Die yhn vuedder singen noch sagen lassen.  
 luxta illud, Dixit insipiens in corde suo, nō est Deus.  
 Itaq; gentes stultę fuerunt, nimirū sibi relicte quę  
 pœna est omnium grauissima, altoqui enim filij Dei  
 sua contemnunt, consilia Dei tantū magnificiētes.

### Inobedientes.

Inobedientes, qui non patiebamur nos duci aut  
 doceri, id quod proprium est stultorum. Notum est  
 illud, Homine imperito nunquā quidquam iniustius,  
 qui nisi quod ipse fecit, nihil rectum putat, Rom. 8.  
 Hi sunt filij Dei qui spiritu Dei aguntur. Hi sunt filij  
 Sathane qui spiritu Dei non aguntur.

### Errantes.

Nam impossibile est, nō toto cœlo errare, atq; ad  
 inferos demergi, quotquot non gubernantur spiritu  
 & uerbo Dei. Proinde orat Dauid, Spiritu princi-  
 pali confirma me. Item, Spiritum sanctum tuum ne  
 auferas à me, id est, qui sua sponte faciat, quod te de-  
 cet. Vidit enim Dauid, absente spiritu Dei, se in ho-  
 micidia multa, in adulterium & blasphemiam no-  
 minis Dei prolapsum esse.

### Seruiētes desyderijs.

Nam natura sibi relicta, amat tantum ea

que delectant & auersatur noxia sibi, amat opes, gloriam, atq; uite commoda. Rursum peius canit & angui odit insaniam, mortem, inopiam rerum, deniq; omnia uite incommoda. Vide in secūdo capite que uocentur mundana desyderia.

In malitia.

Græce est κακία, cui opponitur candor. Præterea quemadmodum candoris est omnia in melius interpretari, ita τῆσ κακίας, est omnia sinistre interpretari, & ea quæ à Deo, & quæ ab hominibus fiunt. Psal. 51. occinuit Dauid, Deum etiã iudicari à malitiosis non tantum homines, cum inquit, Vt iustificeris in sermonibus tuis & uincas cū iudicaris.

Et inuidia.

Inuidia opus est malitiæ, Fons malitiæ est φιλονεικία, id est, amor sui. Proinde manat ex hoc fonte tanq̃ riuulus profluens inuidia, quæ est dolor de commodo alterius, quemadmodum dixit Poëta. Inuidus alterius rebus marcescit opimis.

Odiōsi.

Odiū similtas est, quæ prodit sese in gestu, in uultu, & in habitu corporis. Inuidia autem est latens odiū, Der grol ym hertzen.

Cū autē bonitas & humanitas saluatoris nostri Dei illuxit, non  
ex operibus

ex operibus iusticiæ, quæ fecimus nos, sed secundū misericordiam suam saluos nos fecit.

Hic locus non est proprie generis suasorij, sed didactici, sed tamen mirabilem adfert lucem & perspicuitatē præceptis de charitate, quæ iā uidimus.

In primo Capite Epistolæ Roman. copiose dissertitur de uiribus hominis. Nam satis constat homines natura neq; iustos neq; bonos esse, neq; posse suis operibus aut ullis satisfactionibus iustificari. Præterea, etiamsi multi ex gētibus iuste & honeste uixerint, quemadmodum de Socrate, Catone & reliquis eius generis scripserunt Græci & Latini. Et Iudæi, ex quibus quasi præcipuus æmulator paternarū traditionum extitit Paulus, fecerunt secundum legem foris, tamen mendacium fuit, hypocrisis & fucus: siquidem non eos damnat tantum scriptura, qui male faciunt, & qui prolabuntur in omnia genera uitiorum, sed etiam qui simulant foris externam quandā iusticiam, & intus habent immunda corda & impuros affectus. Proinde opus est homini alia quadam transformatione & iusticia. Eam docet Euangeliō. non humanæ literæ aut lex. Obseruent pueri, Emphasis in sermone, non ex operibus iusticiæ, quæ fecimus nos. Nam sunt quidem in hominibus

ANNOT. IN

opera & civilis quædam honestas, uerum ea opera illa honestas, non iustificat coram Deo. Misericordia autem Dei & *Ἐλεος* quædo cœpit scilicet ex mera liberalitate bene uelle nobis, nihil tale interim merentibus, hæc demum illucescens & reuelata per Euangelium saluat nos.

Non possum bonis adolescentibus exemplum ullum magis illustre ostendere, opera iustitiæ nostræ etiam preciosissima, peccata esse, neq; mereri fauorem Dei, quàm exemplum Pauli. Verba ipsius Pauli ex Galathis subscribam, Audistis enim meam conuersationem quondam in Iudaismo, quòd supra modum persequebar Ecclesiã Dei, ac depopulabar illam, & proficiebam in Iudaismo supra multos quales in genere meo, cum uehementer essem studiosus à maioribus meis traditarum institutionum. Vides Pauli iusticiam prolabi ad eadem & ad homicidium.

Augustinus in libro de Catechizandis rudibus, duos uult doceri amores, Primus est Dei erga nos. Is amor facit, ut de nobis desperantes cœcipiamus fidem & timorem Dei, experitur enim natura se nunquam habere pacem in ulla tentatiõe, in ullo opere, priusq; sentiat amorem Dei erga se, atq; se curæ esse Deo, tum enim incipit odisse sese, et suos immundos adfectus, atq; pœnitere ex animo & uere, id est, cœ-

uere 14

uere ne offendat tam benignum patrem. Eum amo-  
rem uocat hic Paulus  $\chi\rho\iota\sigma\tau\eta\nu\ \kappa\alpha\iota\ \tau\eta\nu\ \omega\iota\lambda\alpha\nu$   
 $\theta\rho\epsilon\omega\ \tau\iota\ \alpha\upsilon$  Saluatoris nostri Dei, quo amore salua-  
mur. Alter amor, est amor noster erga proximum.  
Hic mortificationem corporis nostri docet & usum  
fidei. Huius amoris maxime peculiare est, cognosce  
re omnia quae fratribus fiant largiendo, condonan-  
do, atq; consolando, summe placere Deo, nō minus  
quā si Deo ipsi fierent, iuxta illud, Secundum est  
simile huic.

## REGVLA.

## PVGNANT EX DIAMETRO

Iusticia.

Fidei.

Hæc habet munda  
Corda & puros  
adfectus.

Operum,

Hæc habet speciosa  
opera, sed immun-  
dum cor & immun-  
dos affectus

## Per lauacrum regenerationis.

Hic modus saluationis describitur per singula fe-  
re eius membra. Videtur aut cum longa, tum subob-  
scura esse periodus, nisi eam nostris uerbis reddide-  
rimus in hunc modum

I Fuimus quondam sine Deo & nobis relictī  
stulti &c. tantum sequentes quod nobis rectum  
uidebatur.

II Quia uero nunc cōtigit nobis salus ex mera miseratione, citra nostram iusticiam quæ operibus comparatur, quæ prorsus nulla est.

III Adco ut renati simus adcepto signo baptis-  
matis, & ex spiritu sancto, & mortua sit iamdum uetus natura, ita ut illius gratia iustificati, hæredita-  
tem adceperimus in spe uitæ æternæ.

IIII Consequens est, ut omnes homines doceantur, ut credentes præbeant se exemplum in bonis operibus.

Meminerint pueri, quæ supra simili ratione docuerit Paulus Cap. 2. Illuxit gratia erudiēs nos &c. Nā gratiæ & Euāgelij propriū est mōstrare cur oporteat nos bonos esse, atq; ea mōstratio sicut est certæ fidei, ita minor est ibi erratio, Ro. 6. Respōsus Apostolus impiorum & carnalium hominum obiectionibus, dicentium quiduis licere, siquidē non sumus sub lege, sed sub gratia, simili utitur argumento. Sic enim ait, An ignoratis quòd quicunq; baptizati sumus in Christum Iesum, in mortē eius baptizati sumus. Sepulti igitur sumus unā cum illo per baptismum in mortem, ut quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis per gloriam patris, ita et nos in nouitate uitæ ambulemus: ueluti dicat, Noua arbor debet habere novos fructus, Vetus arbor occidit, & noua arbor uiuit in Christo. Ergo debetis ad  
ferre

ferre novos fructus, id est bona opera.

Non possum hic silentio transire eam sententiã, quæ est in Corinthijs de stulticia crucis, quæ apud Deum est summa sapientia. Dicam autem hæc crassissime, ut pueri quid uelim clare intelligant.

VERBA PAULI SVNT

Postquam in sapientia Dei non cognouit mundus per sapientiam Deum, uisum est Deo per stulticiam crucis saluos facere credentes. Sapientia Dei & hominum in hoc conueniunt, quod sapientes & sani homines putant neq; pietatem, neq; cultũ Dei, neq; res publicas, neq; quidq; rerum honestarum cõseruari posse sine legibus, sine minis, sine flagris, sine supplicijs seuerissime cõstitutis. Proinde stulticia est illis dicere, in hominibus nullam esse stulticiam, opera non facere ad promerendam gratiam atq; fauorem Dei, & legem nihil efficere in hominibus quàm ut magis Deum oderint.

A primo condito seculo, et electa iam Iudæorum natione in peculium, exhibuit Deus illius sapientiæ specimen, promulgauit legem, addidit amaras minas, perdidit inobedientes, nec ulli unq; pepercit quæ non mansit in omnibus operibus legis. Eam ratione legum, etiamsi probet per se iudicium rationis, tamẽ cum Deus eam sapientiam exerceret, non cognouerunt Deum, neq; Iudæi, neq; gentes, in illa sapientia



ANNOT. IN

id est, non cognouerunt se curæ esse Deo, Deum nõ  
amare, sed perdere naturam, siquidem non uno tan-  
tum malo conflictarētur, uerumq; sit quod prouer-  
bio dicitur, Ia mehr schlege, ia feuler.

Stulticia est & extrema dementia in oculis pru-  
dentium hominum, urbem plenam hominibus sedi-  
tiosis, homicidis, sacrilegis, Dei & hominum con-  
temptoribus, uelle emendare beneficijs & humani-  
tate. Dicerēt enim illos ipsos futuros multo & peio-  
res & ferociores, & abusuros esse ea humanitate.  
Possē autem melius nullum emendandi eos inire cõ-  
siliū, quàm si magno equitatu & conscripto exer-  
citu urbs obsideretur, additis minis, se ad unū om-  
nes perituros, nisi uitam mutauerint, nisi se emenda-  
uerint, nisi pœnituerint.

Sed Deus nihil hominum sapientiam moratur,  
siquidem hac uia non successit, mutato consilio, nõ  
luit per stulticiã crucis saluos facere credētes. Stulti-  
cia crucis est, quòd Deus mittit mundo urbi plene  
maliciosorum hominum filium suum, natum in car-  
nem, ut doceat mandato patris se condonaturū illis  
omnes errores, omnia scelera, modo suis uerbis cred-  
dant, modo in eum se conijciant, atq; desinant peccā-  
re. Hęc stulticia crucis efficax est ad salutem, & ad-  
fert regenerationem & renouationem per spiritum  
sanctum, ut placeat omnibus malis bonos esse, &  
odio

odio habeant suæ carnis imbecillitatem & maliciã,  
 Rideant sane hanc doctrinã mundi sapientes, tamẽ  
 iustus est Dei ad salutem omni credenti, illis interim  
 Sardonium risum ridentibus.

Ut iustificati illius gratia, heredes efficiamur in spe uitæ æternæ

Repetitio est eius quod dixit, *Saluati sumus secundum suam misericordiam & c.* Additus est autẽ fructus renouationis, scilicet, *Gratia facit heredes uitæ æternæ, sub spe, id est, facit ut certo expectent reuelationem hereditatis filiorum Dei.* Vide quæ supra de spe diximus, cur dicatur beata.

Fidelis sermo.

*πίστεος* est, ueluti dicat. Hic sermo neminẽ fallit, est enim certus & uerus.

Et de his uolo te confirmare, ut curã habeant, bonis operibus præesse, qui credunt in domino. Hæc bona sunt & utilia hoibus.

Alio loco dixit idem Apostolus, se nihil scire nisi Christum, & eũ quidẽ crucifixũ. Nam quisquis ad pœnitentiã adductus est per prædicationẽ crucis

Christi, is statim consequetur remissionem peccatorum & studium honorum operum. Est autem *o*mnis *id*eoque utilis et inutilis doctrina. Hæc sunt bona, alia non sunt bona.

Stultas autem quæstiones & genealogias, & contentiões, &c.

Non libet mihi hic arguto esse, in exquirendis atq; recitandis quæstionibus, quæ ex lege ueniunt. Satis est pueris lac gustantibus scire, sapiendum esse in ijs rebus quæ sunt Dei, ad mediocritatē. Hoc tempore reuelauit Deus orbi Euangelion per Lutherū, in quo homine etiamsi multa sunt quæ laudem merentur, tamen hoc non possum non summe prædicare, quòd nunq̄ recesserit à simplicitate scripturæ, neq; stultas quæstiones, neq; contentiones mouens. Atq; utinam tam penitus nossent Lutherū, apud quos ne phas est nominare Lutherum, quàm ego, fortasse essent ei multo æquiores.

Si omnia fieri debent ad ædificationem, magna infamia est in Ecclesia, incertæ opinionis inueniri authores, quales sunt sacramentorū Dei, immo scripturæ corruptiores.

Duplicem sciant pueri Dei uoluntatem, alteram reconditam, alteram reuelatam. Reuelata uoluntas est, nosse credentes à Deo recipi in gratiam propter Christum: deinde peccata esse, quicquid est in uiribus

naturalibus hominis. Tertio curandum esse proximum, quemadmodum nos curat Deus. Postremo in cruce esse optimæ uoluntatis Dei significationē. Recondita uolūtas est, quam ignorare nos uult Deus, & quam pij libenter ignorāt, quare seruauerit Abel & Petrum, perditō Chaim & Iuda, & reliqua eius generis, que lubens taceo.

Reuelatæ uoluntatis hoc symbolum est

Vven Gott lest zu seim vuort Komen, der ist selig, vuem Gott seyn vuort entzeucht, der ist uerdampft. Et non est quæreda caussa, nā sic placuit illi.

Hæreticū hoīem &c. deuita.

Hæreticus est, ut ex Epistola Corint. colligi potest, q̄ diuersum docet ab Euāgelio Christi, sequuntur sui sensus διαλογισµοῡs & opiniones, que excludūt à regno cælorum, nā sunt opa carnis, Gal. 5.

Græcis est, Hæreticum hominem post unam & alteram  $\nu\omicron\theta\delta\iota\sigma\iota\alpha\gamma$ , quod Hieronymus dicit significare commonitionem magis & doctrinam absq; increpatione aut animi amarulentia, quā durā castigationem. Vult enim caueri Paulus, ne amarulentie animi, tanq̄ zelo aliquo in speciē bono inseruientes, omittant interim eā docendi auctoritatem, que debet pios ad fidem & timorem Dei adhortari. Vetus dictum est, nimis altercando ueritas amittitur. 2. Timoth. 2. Seruū Dei non oportet pugnare &c.

A N N O T. I N

In Epistola huius argumento dixi, Paruum non posse mutare pellem suam, & authorem aut doctorem prauæ doctrinæ nunquam redire in uiam. Magi Pharaonis confusi etiam digito Dei non resipiscunt, nam ut ait Chrysostomus. Impietas confunditur quidem, sed non conuincitur. Hoc Paulus dicit. Admonitum deuita, sciens quod subuersus est. Faxit Deus ne idem nobis contingat in nouarum opinionum authoribus, qui novos errores coeperunt in Ecclesia serere.

Videmus autem hoc Pauli præceptum ualde nunc in Ecclesia Romana frigere. Legunt enim pro de uita, de uita ad ignem, id est, occide, ure, seca, suspende, demerge. Tam alieni sunt à Pauli uestigijs qui se Dei uicarios & Apostolorum ipsissimos successores esse gloriantur.

Cum misero ad te Artemam aut Tychicum, festina uenire ad me Nicopo. ibi enim statui hyemare

Voluit aduersito ad se Tito Nicopolim, non deesse Ecclesie Cretensium doctorem, proinde in Titilocum missurus est, uel Artemam, uel Tychicum.

Zenam Legisperitum & Apollo studiose deducito, ne quid illis desit.

Opus habent fortasse Titi consilio & re familiarum, ad perfectionem conficiendam, hi duo. Proinde mandat Tito ut illorum curam ita habeat ne quid illis desit.

Discant autem & nostri bonis operibus præesse in necessarijs usibus, ut non sint infructuosi.

Placet diui Hieronymi sententia, qui putat Paulum hic occupationem solvere. Etiam si Tite non sit tibi, unde uaticum illis & necessaria ad uitam suppeditare possis, fac sint in officio nostri reliqui fratres atq; Episcopi, ne iure argui possint, eos sine fructu didicisse & accepisse Euangelion.

Salutant te, qui mecum sunt omnes. Saluta eos, qui nos amant in fide. Gratia Domini nostri cum omnibus uobis, Amen.

Scripta ex Nicopoli  
Macedoniæ

# CLARISSI

MO VIRO, D. HERMANNO,  
Comiti Nouæ Aquilæ, Domino  
suo, Philipus Melanchithō S.

**Q**UIDAM IN LECTIONE HOC  
agunt unum, ut insignes sententias excerpant, non in hoc student, ut totā causam quamcūq; legunt, animo complectantur. Verum, ut in statua dissecta, neq; de totius operis pulchritudine, neq; de partium Symmetria iudicari potest, ita nullius authoris sententiam recte perspiciet, si quis non cognouerit totum authorem. Et sepe fit, ut fragmenta à reliquo auulsa corpore, deprauentur, nec accipiuntur iuxta authorum uoluntatem. Prodest igitur in unaquaq; re, disputatiōes integras animo complecti atq; tenere. Cum autem Epistola ad Romanos præcipuum doctrinæ Christianæ locum tractet, ac ueluti methodum uniuersæ scripturæ contineat, non satis est unum atq; alterum ex illa uersiculum decerpere. Totā legenda est, & consyderandum, quomodo omnes inter se partes, omnia membra cohæreāt atq; consentiant, & uenanda certa, perpetua, & simplex sententia Apostoli, ut bonæ mentes de maximis rebus certo doceantur. Ad eam rem cōducet ordinem orationis nosse, & argumentorū locos quasi notas, ut agnoscī possint. Ego igitur in hac Epistola  
totius

totius seriem disputationis breuiter ostendi. Quos ad causam aditus faciat Paulus, ubi proponat, quomodo confirmet propositionem, locos etiam argumentorum propemodum digito indicauit, admonuit ubi in causa comoretur, ubi paulisper a causa discedat. Hæc nisi uiderit Lector, non poterit adsequi certam authoris sententiam. Ac desiderari iure diligentia, non tantum in recentioribus, sed etiam in ueteribus potest, qui cum enarratione huius Epistolæ non attenderint orationis dispositionem, alicubi tanquam uia lapsi, a uoluntate authoris aberrarunt. Sed me fortasse nonnulli ridebunt, quod orationem Pauli, ad uulgaria dicendi præcepta exigam. Verum res loquitur ipsa, non sine certa ratione disputasse Apostolum. Nam, ut fuerit illiteratus, tamen omnes sani atque ingeniosi homines in dicendo rationem aliquam adhibent, ut auditorem ordine de re doceant, & ne quid temere admisceant alienum a causa. Concedant saltem communem sensum Paulo, si qui triuiale domstrinam adimunt. Nam ut maxime defuerit ei illa pars artis quæ continet Elocutionem, tamen inuentionem, ac dispositionem, quæ non tam doctrinæ, quam mediocris cuiusdam prudentiæ sunt, concedi ei necesse est. Tametsi quædam etiam notæ liberalis doctrinæ in oratione Pauli comparent, quæ indicant eum has artes, quibus puerilis ætas instituitur ad bene dicendum



## EPISTOLA

de gustasse, uerbis enim utitur & figuris multis & Grammaticam doctrinam redolentibus, nec sine arte ratiocinatur. Nam & definit prudenter, & diligenter quaerit causas, & fontes earum rerum, quas tractat, & uidet ea quae obsunt, & singulari artificio alias tollit, alias mitigat. Est & hoc ab arte sumptum, quod argumentis addit epilogos, non octosofos, sed adfectuum plenos, ac uehementiores illos motus quos uocant *πρόση* tempestiue miscet lenioribus adfectibus qui uocantur, *ἠόνη* in quibus exprimendis mirifice ualeat. Ego igitur non modo inuentionis & dispositionis laudem ei concedo, sed quandam etiam Elocutionis partem tribuo. Nam in uerbis quoddam pondus est, & elegantia quaedam, uerum aspergit interdum Hebraismos, qui reliquis luminibus uerborum officiant. Adhaec deest compositio, quam sic uocant, hoc est ratio texendarum periodorum, quae quia ad abfoluenda membra sententiarum & argumentorum conducit, multum momenti solet ad perspicuitatem orationis afferre. At saepe longius iusto fluit oratio Pauli, quia non est astricta periodis. Interdum argumentum, uelut puncto designat, duobus aut tribus tantum uerbis, ita relinquitur imperfecta, & quasi mutila sententia. Talis solet esse sermo eorum qui compositionem negligunt, praesertim si breuitatem amant, ut est cernere in Salustij orationibus. Videamus autem

mus autem Paulum pene Thucydideo more breui,  
 & exili, & confragoso genere oratiōis uti, quæ qui-  
 dem plus aliquanto lucis haberet in tanta breuitate  
 si accessisset aliqua compositionis cura. Sed faciam  
 finem. Tibi autem generose, Comes hanc scæturam  
 dedicaui, ut à me pignus aliquod meæ in te obseruan-  
 tiæ haberes. Vale. Spræ. Anno. M. D. XXIX.

# ARGV MEN

T V M E P I S T O L A E

Pauli ad Romanos.

**V**ALDE PRODEST IN  
 uniuersæ scripturæ lectione, obseruare q̄ du-  
 plex sit iusticia. Altera est politica, sic enim docēdi  
 causa uocabimus, cū opera bona, seu ciuilia, ratio  
 humana efficit. Nec uidet aliā iusticiam ullam huma-  
 na ratio. Itaq; iudicat eiusmodi opera sufficere corā  
 Deo ad iustificationem. Nec cultum Dei alium esse  
 ullum existimat, nisi opera illa ciuilia præstare, non  
 furari, non occidere, non mentiri, nō mœchari, obtē-  
 perare magistratibus, moderare uoluptates. Et tali-  
 bus operibus statuit placari irā Dei, Interea non ui-  
 det immundiciem cordis humani, quod uacat metu

DISPOSITIO ORAT.

Dei, fiducia erga Deum, & habet concupiscentiam  
 & omnis generis malos affectus. Semper igitur dis-  
 sensio fuit pijs cum mundo. Pij aliam quandam iusti-  
 ciam præter illam hypocrisim operum docent. Multi-  
 dus contra ita defendit hypocrisim operum, ut do-  
 ceat illa opera placare iram Dei, & iustificare corâ  
 Deo. At Euangelium longe aliam iusticiam ostēdit,  
 quæ uocatur iusticia fidei. Nam Euangelium docet  
 Christum filium Dei pro nobis datum esse, & iusti-  
 ciam coram Deo esse, credere, q̄ peccata nostra pro-  
 pter Christum nobis condonentur, seu q̄ propter  
 Christum recipiamur in gratiam patris. Interea ar-  
 guit nostra peccata, & nō tantum externa delicta,  
 sed etiam immundiciē cordis damnat. Ostendit hu-  
 manum cor uacuum esse metu Dei, uacuum fiducia  
 erga Deum. Ostendit turpitudinem cōcupiscentiæ  
 flagrantis in membris nostris. Itaq; negat nos posse  
 placare iram Dei hypocrisi nostrorum operum, &  
 aliam iusticiam prorsus arcanam, & incognitā mun-  
 do, nobis mōstrat, uidelicet eam, quam Paulus uocat  
 iusticiam fidei. Atq; hæc ita concipitur. Cum uerbo  
 arguuntur peccata, & perterresunt corda nostra,  
 si in his terroribus crediderimus nobis ignosci, &  
 in gratiam patris nos recipi propter Christū, iuxta  
 Euangelium. Ea fides erigit & consolatur perterre-  
 factas mentes, ea fides est uere iusticia coram Deo.

Ea fides

Ea fides placat iram Dei. Nulla nostra opera placare possunt. Et cum fidem concepimus, iam uere scimus Deo nos curæ esse, nos à Deo defendi, audeamus inuocare Deum, & petere & expectare auxilium. Nec sine certamine contingit hæc fides. In omni uita dimicare nos oportet cum incredulitate nostra, & hesitantem conscientiam uerbo & fide erigere. Hæc res prorsus est ignota mundo, qui nullam iusticiam uidet, nisi politicam, quare maxima pars hominum hanc doctrinã irridet ac damnat non intellectam. Et homines Philosophi, si qui uolunt uideri, non abhorre à Christiana pietate, tamen somniant Euangelium nihil docere aliud, nisi politicam iusticiam, sicut aristotelis Ethica docent, aut Cato, aut Phocylides. Hi sententias Scripturæ de iusticia fidei, uarie cauillantur & elidunt. At sancti uiri norunt terris mentibus nullã esse propositam firmam cõsolationem, nisi in fide. Opera nostra non possunt conscientiam reddere tranquillam. Sicut testatur Dauid: Non ingredieris in iudicium cum seruo tuo. Cum itaq; tanta sit dissensio rationi humanæ cum Euangelio, Paulus scripsit Epistolam ad Romanos, in qua hanc controuersiam complexus est, ut de loco præcipuo Christianæ doctrine, non tantum Romanos, sed omnes ecclesias doceret. Nam nisi hoc loco cognito, non potest in-

## DISPOSITIO ORATI

telligi, cur uenerit Christus. Voluit igitur Paulus tanquam methodum Euangelij proponere. Quatenus autem conducat in omni doctrina, methodum tenere, non ignorant homines mediocriter literati. Tota doctrina Christiana uersatur circa hunc locum, quomodo coram Deo iustificemur. Seu quid sit iusticia Christiana. Hæc definitio caput & summa est, uniuersæ doctrinæ Christianæ, quare hanc definitionem, patefaciendam & illustrandam Paulus suscepit. Hæc satis fit, hoc loco de consilio Pauli, & de argumento Epistolæ dixisse.

Proprie pertinet hæc Epistola ad genus didacticum, quia finis eius est, ut doceat nos quid sit iusticia coram Deo. Potest tamen ad iudiciale genus referri, quia hoc quoque ad docendum accommodatum est. Status Epistolæ finitiuus est, Nam iusticia Dei definitur hoc modo. Iusticia Dei est credere & propter Christum recipiamur in gratiam patris, sine nostris meritis &c. Vocat autem sua phrasi iusticiam Dei hanc, qua Deus reputat nos iustos, seu qua nos sumus iusti coram Deo, opponitur enim carnali seu humanæ iusticie, quæ sic adpellatur ab efficiente causa, qua caro se iustificat, aut iustam efficit.

Et quia optimum interpretandi genus est, ὀικονομίας orationis ostendere. Seriem omnium locorum, propositionum & argumentorum annotauimus, ut ge

ut genuina sententiâ Pauli cerni possit, & intelligi  
quomodo consentiant inter se singula membra di-  
sputationis. Nam conscientia ita munuenda sunt,  
ut certo sciant, sententiâ scripturæ de tantis rebus,  
ut firma & certa præsidia habeant, ad quæ in tenta-  
tionibus se recipiant.

LOCI EXORDII.

Exordium continet locos, quibus benevolentia  
de more captatur.

BENEVOLENTIA.

IN priore adfectus est, coniunctus cum præconio  
Romanorum. Ago gratias Deo, quod creditis,  
Posteriore loco, officium suum defert illis: Cupiebã  
ad uos proficisci, ut uos docerem, sed sum impedi-  
tus. Et subiectũ est elegans epiphonema ex genera-  
li sententiâ, ex officio Apostoli ductum, Græcis &  
Barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum.  
Nã boni Episcopi pro uiribus iuxta oēs discere cupi-  
entes, adiuuare debêt, & attemperare se captui di-  
sentium. Aliter tractandi sunt imbecilles, aliter istos  
quos adparet esse firmiores.

ATTENTIO.

EST & additus locus attentiois ab Euãgelij di-  
gnitate: Nõ pudet me Euãgelij, tãcti si mūdus  
oderit, aut adspernetur. Quã sententiã confirmatio  
seu ἐπιλογία sequitur, quia Euãgelij est potētia

## DISPOSITIO ORA.

Dei . i . per Euāgelium Deus est efficax, mouet corda ad credendum, et eā fidē imputat pro iusticia. Et addita est eius rationis cōprobatio ex definitione Euāgelij, nam Euāgelium docet iusticiā, quæ coram Deo iustificat. Dialectici caput artis esse docent, recte definire, ac definitionem diligēter inculcare discen- ti. Hic igitur meminerit lector quid Euāgelium sit, quid in summa contineat, quis proprius, ac præci- pius Euāgelij locus sit. Ita facile intelligi poterit, quomodo à lege, quomodo à Philosophia differat. Nam Euāgelium patefacit iusticiam fidei, quòd co- ram Deo iusti habeantur, qui credunt se propter Christum in gratiam recipi. Lex aliam quandam iusticiam docet, Philosophia ciuitatē morum tra- dit, procul igitur ab Euāgelio distant. Quāquā autem infra ponatur propositio, & totius disputa- tionis status aliquanto pluribus uerbis demonstre- tur, tamen & hic exordio summam disputationis, uelut proponens, breuibus uerbis inseruit, quòd Euāgelium patefaciat iusticiam, nempe, quòd cre- dere in Christum, iustificet & pacificet corda.

### PROPOSITIO.

FIDES est iusticia. Additum est Prophetæ te-  
stimonium: iustus ex fide uiuet.

PROPOSITIONIS EX-  
positio, & repetitio.

**Q**VIA pluribus uerbis principalem propositionem, quam modo leuiter attigit, explicabit, ideo præponitur quædam propositio, per quam gradum ad principalem facit. Est autem uelut ex contrario sumpta: Homines natura non sunt iusti, nec possunt operibus suis iustificari. Huic deinde opponit principalem propositionem: Eide iustificantur homines. Priorem his uerbis proponit: Euangeliū arguit omnes homines quod sint impij, seu contemptores Dei, & peccatores. Nā Euangelium prædicat poenitentiam, quare statim inuitio arguit peccata.

Huc generali propositioni est subiecta Rhetorica distributio, quæ partitur propositionem in membra. Gentes accusantur, accusantur & Iudæi. Hæc membra ordine tractantur: Gentes non glorificauerunt Deū. Amplificat ab effectibus, nam impietatis fructus, postea per cõgeriē recensentur, qui nō glorificāt Deū, tradūtur in reprobū sensum, ut ruāt in uaria peccata, sūt mœchi, homicidæ, fures.

## CAP. II.

**O**BITER hoc loco inseritur occupatio, quare Paulus discedere ab instituta propositione uidetur. Diligenter autem consideret lector, ubi Paulus ad propositum redeat, ut perpetuum



## DISPOSITIO ORA.

ordinem disputationis obseruet. Et tanquam dissimulans egressiones, in quas nonnunquam paulisper expatiatur Apostolus, meminerit principalis disputationis membra, et det operam, ut illa recte connectat, & coagmentet. Est autem occupationis sententia. Quomodo arguis omnes homines, cum multi apud Gentes honeste uixerint, ut Socrates, Aristides, Cato, Pomponius Atticus. Iudaei etiam legis opera faciant. Videtur igitur iniusta Euangelii uox, quod omnes sint peccatores, quod sine Euangelio nemo sit iustificatus. Paulus respondet, eos qui honesta opera fecerunt, tamen fuisse hypocritas. Euangelium autem arguit, non tantum externa delicta, sed multo magis impura corda. Et sumpta est occasio occupationis ex illa sententia, reos esse non tantum qui faciunt, sed qui etiam si non faciant, tamen consentiunt, id est, in corde impuros adfectus habent.

Nostris temporibus quidam similiter disputant aduersus eos, qui fidei iusticiam defendunt. Negant omnes homines natura sub peccato esse, & contendunt quod bonis operibus iustificari queant. Hi tantum externam & civilem iusticiam requirunt. At Euangelium ostendit corda esse impia, sine fide, sine timore Dei, propterea aliam quandam iusticiam patefacit Euangelium.

Huic obiurgationi, addita est adhortatio, qua etiam hypocritas uocat ad poenitentiam. Et sicut

in locis suasorijis utitur cōminatiōibus, ita Paulus adiecit comminationem: Incredulis ira &c. Et à personis amplificatio accedit, Iudeos & Gentes pariter iudicari, quia qui sine lege peccant, sine lege pereūt, qui in lege peccāt, per legē iudicabūtur.

Sequitur correctio, cum ante dixisset: Gentes sine lege peccare, corrigit & interpretatur id dictum, Gentes habere legem in cordibus scriptam. Et definit eam legem, conscientie iudicium esse, quæ uel excusat uel accusat opera. Hic locus planissime docet, quid sit lex naturæ, quam sic uocant in scholis. Est enim iudicium illud naturale mentis, quod uel probat uel improbat opera.

## ECCE AVTEM TV

Iudeus.

**R**EDIT ad institutam distributionem, & alterum membrum absoluit, quod Iudæi sint impij, tamen si opera legis faciant. Et amplificat hoc membrum per congeriem multorum uitiorū, & per antitheses, in quibus significat illos foris facere legis opera, et tamē corda immunda habere.

## CAP. III.

**H**IC uero magna difficultisq; quæstio exoritur. Nam cum pariter condemnet Iudeos ac

## DISPOSITIO ORA.

Gentes, necesse est quærere, quid conducat lex, cur Iudæi populus Dei uocentur: Si lex non iustificat, quare lata est? Si Iudæi nõ præstant Gentibus, quare uocantur populus Dei? Nihil ne inter Iudæos ac Gentes interest? Inseritur igitur paucis uerbis hæc quæstio. Ad quã bifariam respondet. Et quod intreris, uidentur responsiones inter se pugnare. Primum ait, Iudæos multum præstare Gentibus. Deinde uelut retractans proximam sententiam inquit, Iudæi nihil præstant Gentibus.

Sed intelligemus has sententias non pugnare inter se, si considerauerimus, ubi præstent Iudæi, ubi non præstent. Excellunt inquit, quod ad promissiones attinet. Nam est aliquid habere uerbum, ac promissiones ad eos pertinere. Cæterum nihil excellunt Iudæi, quod ad meritum attinet. Non enim iustificantur suo cultu, aut operibus legis.

Nondum tamen satis explicat hanc quæstionem, cur lata sit lex: tantum obiter & in transcurso attingit, & significat Iudæos à Gentibus separatos esse, non, ut isto cultu mererentur iusticiam, sed quia oportuit existere certum aliquem populum, in quo promissiones de Christo reuelaretur, in quo testimonia de Verbo Dei manifesta & certa extarent. Infra Cap. V. & Cap. VII. latius exponet, quòd lex non sit lata ut iustificet.

Obiter

Obiter etiam quaestiones aliae quaedam inseruntur. Si promissiones pertinent ad Iudaeos, cur tam pauci crederunt? Hanc quaestionem infra in cap. 9. repetit. Nunc uelut intempestiuam omittit ac properat ad principalem propositionem, ne uideatur obliuiscuti sui. Ac sane prudenter est uidere quo modo pauper euagatus redeat ad propositum.

Hic ergo recurrit ad membra distributionis, & ut in epilogo seu conclusione fieri debet, coniungit utrumque membrum. Omnes homines cum Iudaei, iungentes sunt sub peccato, id est, rei mortis aeternae, habent uere peccatum, contemptum Dei, & concupiscentiam, nec possumus a peccato, aut aeterna morte liberari nostris operibus, aut lege. Addit testimonia ex Psalmo & aliunde. Et in fine est addita propositionis interpretatio quaedam, ut intelligamus non tantum aperte flagitiosos accusari, sed etiam illos ipsos qui bonis operibus conantur mereri iustificationem, ideo inquit, Ex operibus legis non iustificatur omnis caro. Hanc sententiam in primis oportet meminisse, quia nonnulli hunc Pauli locum ciuilliter interpretari conantur, & disputant Paulum non hoc uelle, quod omnes homines natura sint sub peccato, sed tantum accusare illos quorum mores aperte mali sunt. Et quia magna huiusmodi multitudo est, aiunt cum Synechdoche uti, & omnes arguere, cum interim

DISPOSITIO ORA.

aliqui boni sint, quorum mores non possunt reprehendi, ut Pomponius Atticus, Aristides, hos contendunt nature uiribus, & operibus iustificari. Sed Paulus hęc calumniã refutat, ac ne q̄s Synecdochē cõminisci posset, exceptionē diserte repudiat, & illam hominum partem reuocat ad uniuersalem propositionē, Omnes sunt sub peccato. Et quo clarior esset res, nō de personis loquitur, sed de re quę exceptionem uidetur parere. Ex operibus legis, inquit, nemo iustificatur. Non poterat magis proprie loqui Apostolus. Et in tãta proprietate sermonis tamen quęrunt isti quod cauillentur. Hoc ipsum, inquit quod excipis ego complector, ego accuso, ego damno. Itaq; contra Pauli sententiam hoc loco Synecdochē confingunt. Sed error inde oritur, q̄ sõmniãt in Pomponio Attico, et similibus non esse peccatũ. Et iusticiam Dei uocant tantum ciuiles mores, non etiam requirunt noticiam Dei, fidem seu fiduciaẽ ergã Deum, breuiter operibus secundę tabulę contenti sunt, primę tabulę οὐδεὶς λόγος Non sentiunt peccata esse in Attico, ignorantiam Dei, diffidere Deo, uacare metu Dei, cõfidere ppria prudẽtia etc.

Accedit breuissima occupatio de usu legis. Ne esse est enim lectori non stulto in mentem uenire hęc quęstionem. Quòd si legis opera non iustificãtur igitur lata est lex? uidetur extreme absurdum,

legem

legem ferre, si legis opera non iustificant. Paulus respondet, & nouam ac inauditam mundo sententiã ponit. Lex lata est, ut per eam cognoscatur peccatũ ut arguat peccatum, non ut abolet. Porro cognoscere peccatum, est uere terreri conspectu peccati. Nondum enim norunt peccatum, qui non expauescunt: nondum enim apud se uere sentiunt, quòd Deus offensus irascatur. At peccatũ est, quod offendit Deum, & cui Deus succenset. Sed de usu legis infra copiose docebit lectorem.

STATVS TOTIVS  
EPISTOLAE.

**N**VNC demum peruenit ad principalẽ propositionẽ, quæ est huius totius Epistolæ status. Ut autem Architectus totam ædificij formam in animo inclusam habet, & uidet quomodo omnes inter se partes consentiant. Ita nos in legendis grauitibus disputationibus, omnium propositionũ atq; argumentorum seriem oportet animo cõplecti. In primis autem meminisse statum, necesse est, qui cõtinet negotij summam, ad quem omnia argumenta tanq̃ ad caput referuntur. Et quemadmodum illi qui iaculantur, ad certum scopum dirigunt telum, ita omnis animi cogitatio ad statum, uelut ad scopum dirigenda est. Proinde in hac Epistola in primis obseruandus est hic locus. Hæc principalis est totius causse propositio, hæc definitio est Christiane iusticie,

DISPOSITIO ORA.

quòd iustitia sit credere, quòd propter Christum in gratiam patris recipiamur, quòd Christus sit redemptor & propiciatorium, quòd propter eum gratis, sine nostris meritis iustificemur, si credamus.

Propositio aliquanto pluribus uerbis uestuta est, accedunt enim circumstantiæ. Hæc iusticia quæ patet in Euangelio, olim & à Prophetis prædicata est. At ex contrario, Christus apparuit sine lege.

Est & hæc particula inter insignes huius Epistolæ sententiæ magnopere obseruanda, q̄. SINE LEGE reuelata sit iusticia Dei. Docet autem non uenisse Christum, ut legem ferret, ut per nostra opera mereremur iusticiã. Sed uenisse, ut gratis sine nostris meritis credentes iustificaret. Memini scholasticos anxie quærere, quas leges præter decalogũ antea reuelatum, Christus tulerit. Atqui nulla noua lex quærenda est. Hic manifeste Paulus separat ab Euangelio legem, ac docet Christum adferre iusticiã gratis, sine nostris meritis, Christum nõ esse legislatorem, sed redemptorem. Lex per Moysen data est, per Christum donatur remissio peccatorum & spiritus sanctus. Addita est circumstãtia etiam ad quos pertineat iusticia reuelata in Euangelio. Ait enim in omnes, & super omnes CREDENTES, & repetit primam propositionem, omnes peccauerunt, & omnes sunt uacui gloria Dei, id est, notitia Dei, fiducia

fiducia erga Deum. Sumpsit ornamentum etiam ex  
 typis. Christus est propositus, ut sit propiciatorum,  
 sed PER FIDEM, quasi dicat, Christum esse ue-  
 ram illud propiciatorium, per quod patet aditus ad  
 patrem. Sicut apud propiciatorium in tabernaculo  
 promiserat Deus, se exauditurum esse uota & preces  
 pontificis, sed cesso omnes propositionis circumstā-  
 tias recitare. Non enim scribo commentarium. Cete-  
 rum meminerit lector propositionis summam, &  
 eam dialectico more comprehendat. Iusticia coram  
 Deo est, credere q̄ propter Christum donetur no-  
 bis sine nostris meritis iusticia, & remissio peccato-  
 rum. Atq; hæc definitio est iustitiæ Christianæ.  
 Sic enim docendi causa uocabimur, cum Paulus uo-  
 cet iustitiam Dei scilicet, qua nos coram Deo iusti  
 sumus, seu qua nos Deus reputat iustos. Clarius hæc  
 intelligentur cum definiatur etiam humana iusti-  
 cia seu civilis iusticia, quæ colligitur nostris uiri-  
 bus & operibus, & cum fiet comparatio defi-  
 nitionum. Quantæ autem consolationes in hoc  
 loco terris conscientijs propositæ sint. nulla uox  
 humana pro dignitate explicare potest. Etiam si de-  
 sint opera, tamen credamus nos propter Christum  
 à patre in gratiam recipi gratis. Nam hæc iusticia  
 SINE LEGE patet, blasphemia est in Christum,  
 & propiciatorij prophanatio, non accipere conso-



## DISPOSITIO ORĀ.

lationem, non erigi, oblata per Christū iustitia, sed  
desperare, quia desint nobis opera bona. Est &  
blasphemia eligere opera hac spe & opinione, ut  
per ea iustificemur. In hanc sententiam sequitur am-  
plificatio. EXCLVSA est gloriatio.

Sumpta est autem amplificatio propositionis ex  
finali causa. Si opera legis iustificarent, finis operū  
esset mereri gratiam. Esset & fiducia nostri, seu glo-  
riatio, finis. Nūc cessante causa, ut aiunt, cessat effe-  
ctus, operibus nostris admititur iustificatio. Ergo addi-  
mitur nobis fiducia nostri, & gloriatio. Nō ideo ma-  
gis meretur iustificari Iohannes quam Magdalena,  
quia Iohānes continenter uixit. Atq; hic obiter re-  
petitur propositio, Arbitramur hominem iustificari  
fide, & excludit contrarium, SINE OPERIBVS  
legis. Ad hunc modum detrahit fiduciam nostris o-  
peribus, et satisfactionibus, sequeretur enim fiducia  
nostri, tanq̄ finis, opera si iustificarent.

Breuis occupatio addita est, num abolemus legē.  
Nam omnibus sanis hominibus cum audiunt nō me-  
veri nos operibus iusticiam, non magis Iohannem  
mereri iusticiam, quā Magdalenam, necesse est im-  
mentē uenire, q̄ liceat turpuer uiuere, quōd lex ita  
aboleatur, ut peccandi licentia concedatur. Paulus  
breuiter respondet ad hanc obiectionem, nam infra  
eadem quæstio copiose tractabitur. Imō inquit notū  
abolemus

abolemus legē, sed perficimus, quia lex requirit a  
 vobis iusticiā coram Deo. At qui in Christum credit  
 tam est iustus, coram Deo, habet erge legis finem,  
 tamen si peccatum adhuc in carne hæreat. Et tamen  
 idem vere tam agnosci Deum, vere sentiri Deum no-  
 bis adesse, servare ac defendere credentes. Hæc pri-  
 mæ tabulæ impletio est. Item concipit omnis generis  
 bonos adfectus, ita secunde tabulæ obedit, datur enī  
 spiritus sanctus, qui novos motus in animis, &  
 nova opera parit.

## CONFIRMATIO

## CAPVT. IIII.

**I**N OMNI disputatione propositionem sequi  
 debet confirmatio, in qua exponuntur argumen-  
 ta, quæ propositioni fidem faciunt. Et hanc docenti-  
 um consuetudinem Paulus secutus est. Sic igitur hoc  
 caput legi debet, ut non diuellatur à propositione,  
 semper enim oportet propositionem ob oculos uer-  
 sari, ut dialectica consuetudine eum argumentis cō-  
 iungatur, eaq; claudat. Nam Paulus breui genere or-  
 rationis usus est, quare uix unquam reperias apud  
 eum integrum Syllogismum, habet crebra & densa  
 enihymemata, quæ à lectore parum attento, non sta-  
 tim cerni possunt, nisi dialectico more distinguantur  
 & explicentur.

Est autem exorsus confirmationem à quadam

DISPOSITIO ORA.

occupatione, ut uiam sibi sterneret ad Abrahamæ exemplum. Iudei enim sentiebant Abraham circumcisiōe, et alijs bonis operibus meritum esse iusticiam. Nam cū circumcisio nominatur, totus cultus intelligi debet, & in his etiā opera moralia. Itaq; neutiq; obscuris uerbis affirmat Abraham non habuisse laudem corā Deo, propter iusticiam carnis, id est, propter honesta opera, quæ natura suis uiribus efficit. Coram hominibus iustificat ciuili iustitia, non coram Deo.

Primum argumentum ab exemplo ductum est. Abraham pater est populi Dei, in quo forma iustificationis proposita est. Porro Abraham fide iustificatus est. Igitur & cæteri fide iustificantur, non operibus. Et accedit testimonium ex Genesi, Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad iusticiam. Definitionem colligit ex uerbis scripturæ. Nam in sacris literis plurimum ualent testimonia scripturæ. Nec de uoluntate Dei iudicari potest, nisi ex uerbis Dei. Ideo conuenit allegari scripturā & per eā ostendi, q; Deus pronunciet fidem esse iustitiam nostram quæ ipsi placeat. Quidā Βέγγλοι cauillantur hūc locū, et disputant Paulum abuti Genesidis testimonio, quia detorqueat ad fidem in Christum, cum illic nō fiat Christi mentio, sed posteritatis. Sed illi calumniatores nihil intelligunt fidem esse, nisi historie notitiam.

tiam. At scriptura uocat fidem, quæ credit Deū esse placatum, propitium, quæ cōfidit auxilio Dei, quæ audet expectare & postulare auxilium à Deo. Talis erat Abrahamæ fides. Et semper ista fides cōplectitur Christi noticiam, quòd pater nos recipiat in gratiā, non propter nostra merita, sed propter Christū. Et norat Abraham promissum semen esse in quo bene diceretur gentibus. Itaq; cum laudatur fides Patrū quam in corporalibus bonis exercuerunt, tamē semper coniungi debet fiducia gratiæ ac misericordiæ Dei. Quomō enim possunt corporalia bona à Deo expectare isti, q̄ non sentiunt se habere Deum propitium ac placatum. Norant autem patres omnes se recipi in gratiam à Deo propter promissum Christum, sciebant non placari iram Dei nostris meritis aut operibus. Quoties igitur hic fidei nomen usurpatur, intelligi debet, non tantum historiæ noticiā quòd Christus passus sit, sed etiam causæ cognitio, cur sit passus Christus. Nam id quoq; ad historiam pertinet. Norunt Dæmones etia & impij homines Christum passum esse, sed non credunt sibi patrem propter Christum placatum esse, se diligi ac defendi à Deo. Sed redeo ad Pauli argumentationem.

Postquā recensuit uerba Genesis, incipit urgere Emphasin uocis, imputare, & definit imputationē esse gratuitam. Ita ex illo loco Genesis noua argu-

DISPOSITIO ORA.

menta nascuntur, dum eum interpretatur & amplius  
 ficat: quod autem imputatio sit gratuita, ostendit ex  
 Psal. Erit igitur secundum argumentum ex Psal. ductum.

Iustificatio est remissio peccatorum.

Ergo iustificatio non contingit ex nostris operibus,

Item iustificatio est, non imputari peccata, ergo  
 iustificatio non est ex nostris operibus.

Consequentiae ratio est, quia necesse est omnia ope-  
 ra nostra eiusmodi esse, quae pro peccatis imputari  
 possent, siquidem nihil est aliud iustificatio, quam  
 non imputari peccata. Etiam si bona opera habeat  
 quisquam, tamen ita iustus erit, si non imputetur pec-  
 catum, iuxta Davidis definitionem. Ergo illa ipsa bo-  
 na opera sunt eiusmodi, ut pro peccatis imputari pos-  
 sint. Mira huius argumenti subtilitas est, & ad con-  
 solandas & erigendas territas mentes magnopere  
 conducit, intelligere hanc iustificatiōis definitionem,  
 quod iustificatio proprie sit remissio peccatorum. Nec  
 intelligi ista possunt, nisi in ueris paucibus & uera  
 poenitentia, ubi facile est sentire, quomodo nullum  
 opus nostrum sustentet nos, & consoletur aduer-  
 sus iudicium Dei.

Tertium argumentum, sumptum est ex ordine  
 causae & effectus. Abraham iustificatus est ante cir-  
 cumcisionem, ergo circumcisio non iustificat. Nam  
 causa prior est effectui.

Et ut cogitationi lectoris tacite satisfaciat, addit

quis sit usus circūcisionis. Est signū, inquit, iusticiæ fidei. Hinc discimus, q̄s sit usus sacramentorū. Sicut uerbo fides cōcipitur, ita in signis erigitur & cōfirmatur, ut præclare Augu. ait, Sacramētū est uerbū uisibile, docēs, eundē usum esse uerbi & sacramēti.

Quartū argumentū ductū est ex causarū natura. Iusticia est p̄missa Abrabæ, sine lege. Nā lex postea lata est, ergo lex nō iustificat. Verum hoc argumentum non pertractatur hic, sed in Galathis.

Quintum argumentum est ex causa finali.

Frustra p̄mittitur iusticia, si nos ipsi possumus eam efficere. Sed est promissa à Deo.

Ergo nos non possumus efficere iusticiam.

Sextū argumentū ex natura relatiuorū ductū est.

Omnis promissio fide, accipitur. Iusticia est promissa. Ergo iusticia est fide accipienda.

Hoc argumentum diligenter obseruandum est, ad tractandas promissiones in uniuersa scriptura, ut ubiq; sciamus fidē requiri, ubi promissiones dātur: & sciamus fidem non in opera nostra, sed in uerbū & ueritatem Dei collocandam esse. Adparet etiā ex hoc loco Paulum uocare fidem, nō tantum historice nōticiam, sed multo magis fidem quæ assentitur promissioni Dei. Augustinus hunc locū alicubi dextre tractauit, & recte perspexit Apostoli sententiam.

Septimum argumentum ex cōtrarijs effectibus sumptum est.

## DISPOSITIO ORA.

Lex iram parit.

Non igitur parit gratiam.

Antecedens declarari per Soriten potest, quem Paulus instituit, sed non absolut.

Lex cum uolatur accusat & perturbat conscientiam.

Perturbata cōscientia fugit ac timet iudiciū dei.

Odit igitur Deum. Paulus suo more tantū antecedēs Enthymematis posuit. Lex iram efficit, consequens non addidit. Plus autem lucis haberet oratio, si non interdum relinquerentur huiusmodi mutila argumenta, & pendentia. Quare boni artifices cōpositionem & periodos adhibent, ad absoluenda argumenta. Porro sententia horum uerborum est. Lex iram efficit, id est terrores conscientiae, desperationem, & odium Dei. Hinc facile intelligi potest, quod lex nō iustificet, siquidē desperationē & odium Dei, non pacem conscientiae, & amorē Dei gignit.

Conclusio confirmationis est. Ideo ex fide ut secundum gratiam firma sit promissio. Hic obiter lectori in memoriam redigi sextum argumentū, promissionem non futuram firmam, si cōscientia debeat ad opera respicere. Semper enim ambiget conscientia an habeat propitium Deum, semper enim dubitabit, utrum hæc opera quæ effectū, sufficiant, si tamē opera aliqua effecerit in quibus nihil uidet uitij.

Proinde

Proinde non habebit conscientia firmam consolationem aduersus desperationem, nisi nuda promissione Dei sustentet se. Adhæc absurdum est, cum Deus promiserit, non cōfidere ueritate Dei, magis quā nostris operibus. Has sentētiās breuissime cōplexus est Paulus, cum inquit, ut sit firma promissio.

Post conclusionem amplificat institutum exemplum Abrahæ, ex quo propemodum omnia argumenta nata sunt. Et fidem Abrahæ grauisimo encomio ornat, ut in hac imagine ostendat, quomodo fides nersetur circa res positas extra conspectum rationis, & supra naturam.

Postremo exemplum ad nos accommodat, iuxta artis præcepta, inquiens, nostra causa hæc scripta esse de Abraham, & formam iustificationis in illo ostensam esse.

## CAPVT QVINTVM.

## EPILOGVS.

**I**N OMNI disputatione præcipua mēbra sunt. Propositio, & confirmatio. In qua lectorē semper oportet oculos atq; animū desigere. Quare ad reliquas partes contemplandas, ita properēt oculi, ut tamen ad superiora membra sepe respiciant. Est autem Epilogus mira arte factus. Primum repetitur propositio, postea amplificatur ab effectibus fidei. Efficit enim fides tranquillitatem conscientie,



DISPOSITIO ORA.

et erigit in omnibus pauoribus et afflictionibus.  
Tertio addita est consolatio.

Propositionis repetitio est, iustificati ex fide.

Effectus fidei, pax est erga Deum, seu gaudium conscientie. Ideo sequitur, Pacem habemus erga Deum per dominum nostrum Iesum Christum. Pergit effectus commemorare, hanc fidem sustentat et consolatur nos in afflictionibus. Et hic facit rhetoricam gradationem, seu ut Graeci uocant κλίμακα ut clarius cerni possit, ubi fides exercenda sit.

κλίμαξ est.

Tribulatio patientiam.

Patientia probationem,

Probatio spem efficit.

Spes autem non confundit.

In prioribus gradibus ponit causam cur Deus affligat, scilicet, non ut perdat, sed ut occasionem habeamus exercendae fidei, et ut in his duretur et confirmetur fides, seu spes. Nihil enim opus est fidem a spe subtiliter diuellere, sunt enim cognati effectus.

Addit causam efficiētem fidei, nam spiritus sanctus effusus in sanctos efficit fidem, ut sentiant se a Deo diligi.

Deinde consolatio sequitur, ab amplificatiōe amoris Dei erga nos, sumpta. Nam de desperatione conscientie dubitant de amore Dei erga nos. Has erigit

Paulus

Paulus, amplificatione amoris dei. Et sunt Enthymemata ex maiore ducta. Si recepti sumus in gratiam, cum adhuc peccatores essemus, quanto magis iustificati, nunc seruabimur? Hoc Enthymema repetitur Et sunt insertæ amplificationes ex genere mortis. Ne mo cum debet libenter moritur. At Christus mortuus est pro nobis, quibus nihil debebat.

Hactenus questio, quod sit iusticia Christiana agitata est, & absoluta contentio, quæ sic uocant Rhetores. Nam confirmatio, quæ est in contentione præcipua pars tractata est, & additus Epilogus quod clauderet disputationem. Nunc ueluti nouum librum instituet, nam finita contentione, incipit simplices uoces explicare, quæ in hac controuersia præcipuæ sunt. Estque hæc ut Aristotelico more dicam ἀνά λυσις πρὸς ἄκην, supra posuit propositionem omnes esse sub peccato. Nunc dissoluit membra propositionis, et docet, unde sit peccatum & quod sint effectus peccati. Docet item quod sint legis effectus. Item quod sit gratia, atque hi sunt præcipui loci doctrinæ Christianæ, quos quod non tenet, non potest intelligere, uel quod sit Euangelium, uel cur apparuerit Christus. Diligenter igitur meminerit lector, superiorē Epistolæ partem, fuisse quandam contentionem. Hanc uero quæ sequitur, pertinere ad eam dialecticæ partem quæ simplices uoces definit, ac ueluti nouum librum esse, qui tamē aliqd lucis afferet contentioni supra absolutæ.

DISPOSITIO ORA.  
COMPARATIO PECCATI,  
LEGIS ET GRATIAE.

**H**IC incipit de caussa peccati dicere: propterea sicut per unum hominem &c. Et ordine has sententias tradit.

Caussa peccati.

Peccatum per Adam propagatum est in omnes posteros.

Effectus peccati.

Per peccatum mors peruasit ad omnes hoies.

ἀπολογία

Quia omnes peccauerunt.

Circumstantia quamdiu.

Etiam cum lex data esset, tamē manserūt peccatum & mors in mundo, nec aboleuit lex peccatum & mortem.

Circumstantia ad quos.

Mors seuit in illos etiā qui non admiserūt actualia peccata, ut uocamus.

Hic locus testatur omnes homines nasci cū peccato. Id nunc uocant peccatum originis. Paulus non addidit cognomē, tamen si de peccato originis haud dubie loquitur, Sed apte eodem nomine peccatum originis & fructus complectitur. Postea sancti uiri coacti sunt discernere appellationes, peccati originis & actualis, cū impij Pelagiani nomē peccati detorquerent

detorquerēt tantum ad actualia flagicia, non ad naturæ morbum, sicut nostra ætate quidam prophani doctores philosophantur.

## V N D E G R A T I A .

Gratia, & donum per gratiam, per unum Iesum Christum exuberat in multos.

Nomen gratia, significat remissionem peccatorum, seu ut Grammaticè exponam, fauorem. Donum per gratiam, significat Spiritum sanctum, qui effunditur in corda eorū, quibus peccata remittuntur, qui sanctificat, & uiuificat, & nouam creaturā gignit. Quoties gratiæ mentio fit, hæc duo complectitur Scriptura: remissionem peccatorū, & donationē Spiritus sancti, ut infra rursus in 8. Cap. clare dicitur. Errant igitur, qui disputant aliquos in gratia esse, tametsi Spiritum sanctum non habeant.

## C O M P A R A T I O P E C C A T I &amp; G R A T I E .

Longe uberior est gratia, quàm peccatum, quia gratia abolet multa peccata, tū originale, tum actualia, quātumuis atrociora. Et tametsi hæreat peccatū in sanctis, tamen uincit gratiæ magnitudo, ne peccatum regnet & occidat eos. Magna cōsolatio in hoc loco posita est, nam cū uberior sit gratia quàm peccatum, sentire debemus, nulla tam atrociora esse peccata, quæ non superet amplitudo gratiæ.

## DISPOSITIO ORAT.

### Effectus gratiæ.

Gratia non modo peccatū abolet, sed etiam mortem. Si unius Adæ delicto, mors regnavit, multo magis regnabunt in uita per unum Iesum Christū, illi qui exuberantem gratiam & donum iusticiæ accipiunt. Obserua in particula, multo magis ἄλλοις gratiæ, quod superet peccati uim & magnitudinē.

### DE LEGE.

Cur lata est lex? nā ratio humana iudicat leges ideo ferri, ut prohibeant peccata. Sed Paulus longe aliter pronunciat de lege. Per legem, abundauit peccatum. Hanc sententiam aliquanto post declarabit in VII. Capite. Et quoniam ualde absurda uidetur, nunc statim mitigat ea quæ obijci possunt, quæ tamen ut facilius intelligantur, nos antea breuiter de legis officio dicemus.

Legis duo sunt officia. Primū est coercere impios. Vult enim Deus politica iusticia contineri malos, ne noceant. De hoc effectū legis loquitur Paulus ad Timotheum, ubi ait, legem iniustis positam esse. Neq; uero hæc disciplina est iusticia corā Deo, sed tantum ad Politiam, ac Magistratus pertinet. Et omnes leges latæ ab hominibus, ab his qui tenent Respub. scriptæ etiam à Philosophis, tātum de hac externa disciplina intelligi debent. Quæ quidem est necessaria, tametsi non est iusticia coram Deo.

Nec

Nec Paulus sic intelligi debet, cum ait, lege augetur peccatū, quasi nolū coherceri foris impios et carnales, aut sentiat incitari homines, ut plura delicta foris admittunt.

Alterum officium legis est, ostendere peccatū, & terrere conscientias. Hoc cum fit, corda naturaliter irascuntur iudicio Dei, & concipiunt odiū Dei. Sic lex auget peccatum, ut infra exponet Paulus. Negat itaq; disciplinā externā esse iusticiam, & docet legem ut plurimū efficiat, tantū terrere conscientias, & occidere. Sicut ad Corinthios scribit. Aculeus mortis peccatū est, potentia uero peccati, lex. Hinc quæstiones illæ oriuntur in Cap. sexto.

## DIGRESSIO.

## CAP. VI.

**C**UM sententia iam posita de lege & operibus, ualde absurda uideatur, reclamatur humana ratio. Si nihil profunt bona opera, ad iustificatōnē, indulgebimus igitur genio, & peccabimus. Satis erit credere in Christum. Ita tandem fiet multo locupletior gratia, quia si pergrimas peccare, plura peccata abolebit. Prorsus eadem obijciuntur & nunc istis qui defendunt iusticiam fidei. Prudenter enim uidit Paulus quomodo abhorreat hæc doctrina à iudicio rationis. Quidā prophani hoies

DISPOSITIO ORA.

Paulum adeo putant crassum fuisse, ut non uiderit parum cōsentanea rationi dicere, & miras hyperbolas comminiscuntur, ut medeantur eius orationi, ne dissentiat ab humano iudicio. Ille uero & uidit se aliena à iudicio rationis tradere, & ne quis suspicari posset, has sententias ei λεληθότως & parum animaduertenti excidere, agit argumentum rationis, & prolixè rhetoricatur, & non tantum illius seculi, sed omnium temporum calumnijs respōdet.

PRIMA OCCVPATIO.

Obiectio. Si bona opera non merentur iustificationem, pergamus igitur peccare.

Responsio sumitur ex duobus locis. Ex causa finali & ex causa efficiente.

Ex causa finali, fit inuersio. Imò ideo iustificati estis, ut bene operemini. Ut si quis hoc modo argumentetur. Labor non prodest aegroto. Ergo etiam curatus nihil agam. Respondendum erit per inuersionem ex causa finali. Imò ideo curatus es, ut deinceps labores.

Statim subiicit causam efficientem, ubi quoniam est Antithesis, ideo duo membra sunt sententiæ. Ego duobus syllogismis includam totam Pauli sententiã.

SYLLOGISMVS NE

gatiuus.

Mortua natura non est efficax.

Vetus

Vetus natura in uobis est mortua .

Nam uetus homo crucifixus est cum Christo .

Ergo uetus natura in uobis non debet esse efficax .

SYLLOGISMVS AF=

firmatius .

Noua natura debet habere novos fructus .

Vos non tantum mortui estis, sed etiam uiuificati cum Christo, ut in noua uita ambuletis .

Ergo debetis novos fructus asserre, & bene operari .

Epilogus est . Non ergo regnet peccatum .

Constat autem adhortationem . Miscentur enim disputationibus interdum loci suauis . Propositio est

Epilogi . Non regnet peccatum &c .

ἀπιλογοῦς addita est à possibili, seu facili, quia

peccatum nō dominabitur uobis . Ergo potestis iam bene operari . Antecedentis sententia est . Habetis iam

conscientias certas de Dei beneuolentia : certo scitis Deum uobis adesse, uos adiuuare . Nō absterret uos

peccatū, quia condonatum est . Adhæc non habet uires, ut ad mala opera rapiat eos qui à Spiritu sancto

gubernantur . Fortior est Christus quàm peccatum .

Paulus probat hoc antecedens his uerbis . Non estis sub lege, sed sub gratia . Ergo peccatum non

dominabitur uobis . Consequentia ratio esset obscura, si tantum diceret, non estis sub lege . Nunc quæ

addit, sed sub gratia, facilis est intellectu . Nam sub



## DISPOSITIO ORAT.

gratia esse, est habere Deum placatum, defensorē,  
adiutorem. Is non sinet nos à peccato uinci.

### SECUNDA OCCUPATIO.

Et tamen, quia excidit ei noua uox & absurda  
in speciem, Non estis sub lege, ideo paulisper in ea  
molienda commoratur priusquam à digressionē ad  
institutum redeat. Omnes sapiētes uiri, omnes qui  
tenent Respub. omnes sani homines magno consen-  
su iudicant humanum genus interire oportere, nisi  
legibus contineretur. Itaq; hæc tribunitia uox, Nō  
estis sub lege, uidetur indigna esse bono uiro, & se-  
ditiosa & prorsus intolerabilis. Paulus egregie sa-  
tisfaciet lectori. Sed ego quoq; obiter duxi lectorem  
monendum esse, Paulum hic loqui de lege, quate-  
nus ea conamur mereri iusticiam coram Deo. De  
Politia nihil hic dicit, quam infra amplissimis lau-  
dibus ornauit. Nam Euangelium nullo modo disti-  
pat Politias, sed maxime munit eas & præcipit ci-  
uiles ordinationes religiose seruare. Tantū hoc do-  
cet non iustificari nos illa civili iusticia coram Deo.  
Sed uenio ad Pauli responsionem.

Quid ais Paule? Si non sumus sub lege, Ergo li-  
centiam das peccandi? Sic enim mundus intelligit  
legis abrogationem. Hoc loco Dialecticus requirit  
definitionem, quid sit legis abrogatio, utrum sit cō-  
cedere licentiam peccandi. Paulus negat concedi li-  
centiam

entiam peccandi. Sed addit confutationem obiectionis sumptam non ex definitione, uerū ex circumstantia, Quibus sit abrogata lex. Priuilegia enim non ad omnes pertinent, sed ad certas personas. Ita libertas pertinet, non ad impios, sed ad iustos. Interea uoluntas Dei est ut impij coherceantur, & sint lege tanquā carcere septi.

EX circumstantia. Quibus

Vnusquisq; obtemperet illi, cuius est seruus.

Vos estis serui iusticiæ.

Ergo debetis iusticiæ obtemperare.

Minorem confirmat ex natura oppositorum.

Vos desistis esse serui peccati.

Ergo estis serui iusticiæ. Ut si quis argumentetur: Tenebræ pulsæ sunt, ergo lux est. Reliqua oratio in hoc Capite est minoris expositio. Nam multis uerbis declarat, quomodo fuerint serui peccati, quales fuerint peccati fructus, quæ poenæ peccatum sequantur. Item quales nunc parere fructus debeant, postquam agnouerunt Christum. Est autem inserta quedam correctio, Humanum dico. Videt enim Paulus desyderari definitionem, quid sit legis abrogatio, uidet se tantum suasorio argumento uti, cum longior disputatio requiratur. Sed ut attemperet se ad captū lectoris, cōsulto fugit subtiliorem disputationem. Et tamen interim in hoc

## DISPOSITIO ORA.

suasorio argumēto urget hoc, quòd solis iustificatiòs  
 lex sit abrogata. Et subindicat quid sit legis abrogat  
 tio. Non est enim concedere peccandi licentiam,  
 sed habere iusticiam, habere remissionem peccato  
 rum, habere conscientiam coram Deo pacatam &  
 tranquillam, unde fit ne absterriti Deum fugiant &  
 oderint, sed diligant, & ab eo expectent omnia bo  
 na, & ei cupide obtemperent. Contra: Esse sub lege  
 est à lege coherci, accusari & condemnari. Odit at  
 tem iudicium & pœnã Caro, ergo & Deum odit.  
 Itaq; Paulo idem est, esse sub lege, esse in carne, es  
 se seruum peccati.

Sed initio Capitis Septimi clarius tractabitur cir  
 cumstantia, Quibus. Nam superius argumentum  
 magis ad suasorios locos pertinet. Hoc quod sequit  
 ur, magis Dialecticum est.

### C A P. VII.

**Q**VI primi distinxerūt Capita, magis secuti  
 sunt numerū uersuum quàm materias, Sed  
 lectori uidendum est, ne res coherētes im  
 prudens diuellat. Initium autem Capitis ad proxi  
 mam digressionem pertinet, & continet alteram re  
 sponzionem, qua satis fit obiectioni, de licentia pec  
 candi. Si non sumus sub lege, Ergo conceditur licen  
 tia peccandi. Cōfutatio supra instituta est. Nunc ad  
 ditur altera ratio.

Tantum

Tantum mortui defierunt esse sub lege.

Ergo ita uobis abrogata est lex, si estis mortificati in Christo.

Antecedens declarat exemplo quodam. Est autem hoc antecedens, Lex dominatur uiuis. Exemplum,

Mulier alligata est marito, tantisper dum uiuit maritus.

Et quia in exemplo due sunt partes, duo fiunt

Enthymemata, Sicut mulier si mortuo marito prio-

re, nupsit alteri, iure manet apud posteriorem. Ita

uos exempti seruituti priori, & redacti in potestate

Christi, iure apud Christum manetis. Augusti. ualde

judat hic in accommodanda similitudine ad causam,

sed facile est uidere quomodo conueniat. Seruitutis

cōparatio est. Sicut mulier uiuo marito alligata est,

sic nos natura peccatrici dum uiuit alligati sumus.

Si mulier mortuo marito alteri nupsit, posteriori

erit alligata. Ita uult Paulus ostendere nos exēptos

à priori seruitute, Christo alligatos esse. Neq; uero

neccesse est in similitudine omnes partes ad unguem

congruere.

Paulus utriusq; Enthymematis consequens com-

plectitur, sic inquit. Itaq; fratres & uos mortifi-

cati estis legi per corpus Christi, hoc ad primū ante-

cedens pertinet. Ad secundum pertinet, ut sitis alte-

rius &c. Deinde repetit eadem consequentia, sed eū-

amplificatione, sumpta ex causa, quā lex efficit,

## DISPOSITIO ORA

in carne uiua. Quo loco significat lectori, quid sit legis abrogatio, seu quid sit non esse sub lege. Vuentibus in carne opus est lege, ut coerceatur. Sed tantum in iisdem lex exuscitat adfectus peccatorum, odium Dei, & desperationem. Vbi ergo peccatrix natura est mortificata, quorsum opus est lege, quae uel coerceat, uel accenset. Est ergo esse sub lege, coerceari à lege, condemnari, & incitari ad odium Dei & desperationem. Et legis abrogatio est non concedere licentiam peccandi, sed liberare à damnatione & auferre odium Dei ac auferre desperationem. Id fit cum datur remissio peccatorum, illa uere contingit carne mortificata in Christo, & fit mortificatio, cum cognito peccato perterresunt animi, qui cum apprehendunt remissionem peccatorum per fidem, uerum concipiunt consolationem, & spiritum sanctum, quod nouam uitam gignit. Et hic est digressionis finis.

## DE LEGIS EFFECTU.

**Q**UID igitur dicemus? Est ne lex peccatum? Hic redit Paulus ad institutam methodum, seu ad comparationem institutam supra in 5. cap. Et meminerit lector tanquam dissimulata digressione hunc locum cum de legis effectu, coniungendum esse cum illa methodo.

Et ut fieret illustrior ac conspectior locus, cepit ab interrogacione. Est ne lex peccatum? q. d. supra dictum est, peccatum augeri lege. Item modo dixi, quod lex exuscitet adfectus peccatorum, uidetur igitur lex man

lum quiddam esse. Respondet, negans legem malam esse. Et subiicit quis sit proprius effectus legis, uide licet ostendere peccatum.

Deinde addit Rhetoricam translationē, q̄ lex nō augeat peccatū per sese. Transfertur enim culpa ā lege, in naturā nostrā uitii, & in ipsum peccatū. Cum enim lex ostendit peccatum, natura irata iudicio Dei incipit irasci Deo & desperare.

Instituit autem *πεσοτονογραφία*, erat enī opus pponere psonā, in qua ostēderet effectus legis & peccati. Itaq; suū exēplū pponit, & narrationē quādā texit, in qua cerni potest qd efficiat lex.

Ego uuebā aliquādo sine lege, id est, ego erā securus hypocrītā. Somniabā me legē egregie p̄ficere.

Postea uenit lex, tūc enim est uere lex, cū nō in parietibus scripta est, sed cū accusat, cum terret.

Hic peccatū reuixit, id est, ut uidi me damnari ā lege, hic cōepit natura irasci iudicio Dei &c.

Cōclusio translationis. Lex est bona, sed peccati & uiciat & naturā culpa est, q̄ nō iustificat, tantum terret & cōfundit, & incitat ad desperandū. Et hoc ideo fit ut conspici peccati turpitudine ac magnitudine possit, ut uideamus nobis alia iusticia opus esse, quā legis iusticia.

Occupatio. Quomodo auget lex peccatū, cum coerceat, cum multi legi obtemperantes honeste

## DISPOSITIO ORA

uiuunt. Tempestiua occupatio est, & ad hanc disputationem recte intelligendam ualde necessaria. Lex inquit spiritualis est, id est, lex Dei non est politica tantum. Sicut somniant homines. Sed requirit adfectus. Politicæ leges foris coercent, & his satisficit, cum ciuilitur uiuitur, cum honesta opera in speciem fiunt. Sed legi Dei non satisficit per externa opera. Lex enim requirit noticiam Dei, timorem Dei, fiduciam erga Deum, corda casta, amantia proximi. Non satisficit legi Dei Pomponius Atticus, aut Pharisæus ille in Luca, tametsi legis opera diligenter perficiant, Corda enim sunt uacua metu Dei, fiducia erga Deum, amore Dei & similibus affectibus.

Origenes ridicule exponit. Lex est spiritualis, id est, est allegorica. Cum Paulus supra ex Decalogo posuerit exemplum, Non concupisces. Mihi uideatur ualde conducere ad perspicuitatem, si per collationem exponatur. Lex est spiritualis, id est, non tantum politica, spiritus enim significat adfectus, seu motus spirituales qui ad Deum feruntur. Sed Origenes & eius amatores cum audiunt legis mentionem fieri, nihil intelligunt, nisi politica. Cum disputant, Vtrum possibile sit naturæ uiribus legem facere, tantum somniant quæri de furto, de cæde, de adulterio. Prima tabula nunquam uenit in mentem. Sed lector Christianus sciat Paulum non disputare hic de politica.

Aliares agitur, uidelicet de iusticia coram Deo. De  
 prima tabula præcipua est quæstio, & de motibus  
 cordis erga Deum. Pudeat homines, qui Christiani  
 dici uolunt, sic obliuisci decalogi, ut cum de iusticia  
 Dei disputant, nihil requirant, nisi secundam tabulã  
 & politica opera. Hæc dixi, ut diligentius obseruet  
 lector, quid Paulus uocet legẽ, & cur dicat esse spi-  
 ritualem. Neq; nos nunc Origenis interpretatiões  
 primi reuellimus: sed maximi uiri in Ecclesia ueteri  
 damnauerunt eius scripta. Sic enim scribit de eo  
 Epiphanius.

καὶ ὅσα μὲν ἐν προσωμίλιας, καὶ ὄχι τῶν προ-  
 ομιλίων εἰς ἡθὴ τε καὶ εἰς φύσεις ζώων τε καὶ τῶν  
 ἄλλων ἐρηται, μέσος φερόμενος, πολλὰ  
 κίς χαρείεντα διηπίθητο, ὅσα δὲ εἰς ὀδύματα  
 ἐδιδμάτισε, καὶ πῶς πίστεως καὶ μείζονος θε-  
 ωρίας τῶν πάντων ἀποστότατα τῶν προ-  
 ἄντων, καὶ μετ' αὐτῶν θείσκειται.

Ego autem sum carnalis uenundatus sub pecca-  
 tum, id est, mancipiũ, seu captiuus peccati. Hæc est  
 collatio nostræ naturæ cum lege. Lex est spiritualis,  
 requirit motus spirituales, noticiam Dei, fiduciam  
 erga Deum, obedientiam, patientiam in afflictioni-  
 bus. At natura nostra carnalis est, carnalia tantum  
 intelligens, tantum appetens carnalia, contemnens



DISPOSITIO ORA.

Deum, odio habēs iudicium Dei, quærens præfidit  
uitæ carnalia, collocās fiduciam in proprijs uiribus  
iusticia, sapientia, in opibus.

In reliqua parte narrationis describit Paul. quomodo  
etiam num decertet cum peccato. Vult enim  
ostēdere q̄ peccatū ita hæreat in natura carnali, ut  
nec renati semel uniuersum exuant.

DE GRATIA ET EFFECTV

GRATIAE CAP. VIII.

**H**ACTENVS de legis effectu dixit, & ostēdit,  
q̄ lex non iustificet, tantum perterre  
faciat conscientias, & pariat odium Dei & despe  
rationem. Itē ostēdit quomodo peccatum hæreat in  
natura. Nunc de gratiæ ui loquitur.

Propositio. Nulla condemnatio his qui in Chri  
sto Iesu, non secundum carnē ambulant, sed secun  
dum spiritum. Dixi supra gratiā duo complecti, rem  
issionē peccatorū, seu fauorē Dei, & donationē  
spiritus sancti. Hic igitur cōiungit hæc duo Paulus.  
Primum ait, nō esse condemnationē. Nō dicit, nō est  
peccatū, significat enī adesse peccatū in sanctis, sed  
remitti p̄pter fidē in Christū. Secūdo, id peccatum  
etiam uinci spiritu sancto, q̄ donatur credentibus.

Seq̄tur seu ratio, seu expolitio propositionis, de  
effectu spiritus sancti.

Quia lex spiritus uitæ in Christo Iesu liberat me  
à lege peccati, & mortis. Id est gubernatio spūs s̄c̄i

et qui uiuificat, qui fide in Christū cōcipitur, nō sinit  
 dominari peccatū & mortē, tamen si a sinit peccatū,  
 et mors, tamē non dominātur. Peccatū nō potest ad  
 gere ad desperationē, mors nō potest absorbere, quā  
 spūs sanctus q̄ fide in Christū cōcipitur, susciēt, cō  
 solatur, & uiuificat in illis terroribus. in uocabulo  
 legis hic μετέλαβις est, significat enim nō scri  
 piurā aliquā, sed gubernationē, addit enim lex spūs  
 uitæ, id est, gubernatio quæ fit per spiruū uiuificāē  
 ἀπολαρία, ex contrario. Cum lex fieri nō  
 posset ppter carnis imbecillitatem, Deus misit filiū  
 suū, q̄ satis faceret pro peccato, ut iustificatio legis  
 impleretur in nobis, & daretur spiritus sanctus.

AMPLIFICATIO PER CONTEN  
 tionem, seu Antihesin naturalium uirium, & effi  
 catiæ spiritus sancti. Prima Antihesis.

**Q**VI secundū carnē sunt, carnalia sapiunt, a  
 māt, quærūt carnalē sapientiā, iusticiā, tran  
 quillitatē, uoluptates, opes. Cōfidunt rebus carnali  
 bus, humana prudētia, iusticia, uiribus, opibus. Tres  
 enī gradus sunt rerū, quas expetit caro. Primus ē re  
 rū honestarū, sapiētiae et iusticiæ humanæ. Sed us est  
 rerū uiliū, gloriæ, opū, & potentiæ & trāquillita  
 tis. Tertius est uoluptatum.

Qui secundū spiritum sunt, sapiūt spūalia, id est,  
 norunt uoluntatem Dei, confidunt Deo, gaudent  
 obtemperare uoluntati Dei in cruce & c. Spiritus

## DISPOSITIO ORA.

enim significat spiritum sanctum, qui effunditur in  
eos qui credunt. Et spiritalia significant non ea quae  
ratio efficit, sed novos motus in quibus apprehenditur  
Deus, qui eum sui spiritus, spiritum cernunt. Caro si-  
gnificat totam hominis naturam, rationem cum sensu  
& appetitu λόγῳ & ὄρεϊν. Et prorsus à Pau-  
lo dissentiunt, qui somniant spiritum significare ra-  
tionem, & ex Euangelio philosophiam quandam  
humanam faciunt, nihil praeter rationis opera requi-  
rentes. Multa sunt argumenta in hoc capite, quae con-  
firmant quod spiritus non significet rationem. Nam Pau-  
lus aliquanto post ait, Vos in carne non estis, sed in  
spiritu, siquidem spiritus Dei habitat in uobis. Item  
si quis spiritum Christi non habet, is non est Christus,  
ergo qui spiritum Christi non habet, etiam si ratioe  
uicetur, etiam si philosophiam sequitur, nondum ta-  
men iustus est eorum Deo. Neque uero spiritus Christi  
significat rationem nostram, sed spiritum sanctum,  
infra enim i. statur se loqui de spiritu quem accipiunt  
sancti. Sed non est huius loci persequi hanc disputa-  
tionem, tantum monere lectorem uolui, ut propheta-  
na glossemata repudiet. Nam hoc totum Caput Pau-  
li scelestè contaminatum est ab Origene & alijs qui  
tanquam iurati in uerba Origenis τὸ ὄρα ὡς  
ζῶν τὸ φιλοσοφίᾳ αὐτοῦ sed horum iniuriam  
na philosophia dum tribuunt iustificatiōem uiribus  
rationis

rationis, inde oritur q̄ nihil requiri putant in hoīe,  
nisi ciuilia opera. Et hæc uident aliquo modo in po-  
testate rationis esse. Sic obliuiscūtur primæ tabulæ.  
quæ de timore Dei, & fiducia in Deum & alijs spi-  
ritualibus affectibus præcipit. At Paulus de tota le-  
ge, & de iusticia coram Deo, nõ de poluita loquitur.  
Iam philosophia ipsa clamat, q̄ ratio nihil possit  
de Dei uoluntate statuere, q̄ non possit confidere,  
nisi rebus præsentibus &c. Sed redeo ad Paulinam  
Antihesim.

Secunda Antihesis.

Sensus carnis, mors est, de noticia et appetitu in-  
tellige, quàmuis bona noticia ratiõalis de moribus,  
quàmuis bona opera ratione effecta, sunt mors, non  
suscitant, non uiuificant in iudicio Dei.

Sensus spiritus, uita est & pax, intellige de no-  
ticia & affectibus. Vere nosse Deum, uere confi-  
dere Deo uiuificat, & reddit pacatam conscientiam  
& est uita æterna, ut Christus ait. Hæc est uita æter-  
na, ut noscant te Deum uerum & quem misisti le-  
sum Christum.

Ratio Antihesis.

Sensus carnis inimicicia est aduersus Deũ, quia  
legi Dei nõ subditur, neq; eni potest legi dei subijci.  
Manifesta sententia est, q̄ naturales hominis uires  
non possint legem Dei facere. Hic iterum adnoto

DISPOSITIO ORA.

lectore primæ tabulæ, ad quam si respexerimus facile intelligi poterit hoc quod ait Pau. sensum carnis inimiciam esse aduersus Deum. Ratio enim nihil statuit de uoluntate Dei, nō timet Deū, nō confidit Deo, sed confidit rebus presentibus, humana sapientia, humana iusticia, opibus, uiribus.

Apostrophe ad Lectores.

Qui in carne sunt Deo placere nō possunt, uos autem non estis in carne, sed spiritu, siquidē spūs Dei habitat in uobis. Tantū mutata psona repetit Antithesin, & declarat se spiritū uocare, nō aliquā rationis partē, sed spiritū sanctū, qui natura Deus est, donatum credētibus, ut gignat noticiam Dei in eis, gignat novos motus, & nouā uitā. Et uocat nūc spiritū Dei, nūc spiritū Christi, ut significet & Christiū natura Deū esse, quia largitur spiritū sanctū. Est autem hæc persone mutatio, quedam perorationis, que mox sequitur, πνευματικόν.

PERORATIO SEU

CONCLUSIO.

**E**RGO fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus. Hic finis est Methodi, in qua explicauit peccati, legis & gratiæ effectus. Nūc postq̄ lectore de præcipuis locis doctrinæ Christianæ docuit, addit perorationē, sed ex suasorio genere sumptā. Semp enim primū docēdus est auditor, qd res sit. Postea incitādus est, ut doctrinam ad

usum transferat. Est autem hæc peroratio initio adhortatoria, deinde consolatoria.

Propositio. Debitor sumus non carni.

Ratio ducitur à premio & pœna. Pertinet autem premia & pœnæ in suasorijs causis ad locum utilitatis. Dialecticus ad finale causam accommodat. Si quis hic cavilletur benefaciendum esse, non metu pœnæ, sed propter voluntatem Dei. Huic nihil aliud respondebo, nisi has argutias in tam gravi causa, interpestivas esse. Sancti in pœnis iræ Dei cernunt, in premijs gratiâ.

Secunda ratio sumpta est ex causa efficiente, et potest in suasorijs ad locum à possibili referri.

Spiritu sancto mortificatæ actiones carnis, quia spiritus sanctus est vobis datus, ut ab eo gubernemini. Paul. ponit maiorem & minorem, conclusionem non addit, quâ prudens lector facile potest attexere. Perorat enim Paul. ad consolationem, ut videbimus.

Filij Dei aguntur spiritu sancto.

Vos estis facti filij Dei, accepto spiritu sancto.

Ergo oportebit & vos agi ac gubernari à spiritu sancto.

Hypocritæ rone coercent aliquo modo cupiditates crastores, & quandam simulationem civilium officiorum præstant. At spiritus sanctus iugulat contemptum Dei, fiduciam rerum presentium, & similes pestes.

Consolatio.

DISPOSITIO ORA.

Minori attextit κλίμακα seu gradationem qua  
peruenit ad consolationem.

Si sumus filij, sumus etiam & heredes.

Si sumus heredes Dei, sumus coheredes Christi

Si sumus coheredes Christi, ergo similiter pati  
conuenit, ut similiter glorificemur.

Est itaq; hæc propositio in consolatione. Si unâ  
patimur. Si non esset illigata propositio argumento,  
forma esset magis puerilis. Oportet nos unâ pati  
cum Christo.

I Ratio ducitur à premijs, quia amplissima  
premia contingent. Et amplificat premia collatiõe.  
Nullo modo respondent præsentis ad afflictiones ma-  
gnitudini premiorũ & gloriæ, quæ reuelabitur tũc  
cum redierit Christus, ad renouandam totam rerum  
uniuersitatem. Ex hac circumstantia temporis na-  
scitur ei noua ratio.

II Ratio, ab exemplo uniuersitatis rerum su-  
mitur. Tota creatura expectat renouationem, inte-  
rea nobiscum patitur. Ergo & nos non grauemur  
expectare redemptionem. Est autem grauissimum  
πένθος q̄ nature rerũ tribuit rei maximæ sensum,  
quem humana ratio nullo modo cõprehendit. Signi-  
ficat enim ideo dolere rerum naturam, quia interea  
diabolus & impij abutuntur mundo. Et subindicat  
futurum, ut hoc abusu liberetur natura rerum. Vide  
igitur

igitur quomodo diuersa argumenta ex eadē re dū-  
cant ratio, & spiritus sanctus. Epicurei sic ratio-  
cinantur. Impij bene habent. Ergo Deus non curat  
humana. Paulus contra ratiocinatur. Non est possi-  
bile hanc totam rerum naturam ad abusum conditā  
esse. Impij nunc abutuntur mundo. Ergo necesse est  
liberato mundo, impios dare pœnas.

III Ab exemplo Apostolorum. Nos qui acce-  
pinus primitias spiritus sancti, angimur & cū mun-  
do, cū desperatione et diabolo decertamus, ergo nec  
uos abijcite sp̄e in afflictionibus, aut tentationibus.

III A definitione sp̄e. Ducitur autem ex causa  
formali, hoc est, ex modo saluationis, et Syllogismus  
integer est.

Spes est earum rerum quæ non uidentur. Vos  
estis sp̄e salui facti. ergo expectare cōuenit promissa  
bona. Fortasse sentit conscientia peccatum, diffidē-  
ciam, & alia mala. Sciat igitur adhuc expectandam  
esse perfectam iusticiam, & alia bona.

V Ab auxilio spiritus sancti, in suasorijs caussis  
refertur ad locum à possibili. Spiritus sanctus adiu-  
uat infirmos. Ergo non sinet uos succumbere, etiam  
sic caro egre ferat ad afflictiones, egre pendeat ab au-  
xilio Dei, malit habere præsentiā auxilia &c. tamē  
spiritus sanctus facit, ut obtemperemus uoluntati  
Dei, & ab eo expectemus liberationem. Est & hoc



DISPOSITIO ORA.

grausumū πᾶθος ἰτερpellat gemitib. inarrabilib.  
 VI. A uoluntate Dei. Summitur autē ab obiecto,  
 seu causa efficiēte. Et est argumentū maxime p̄pri-  
 um huic negotio, quia causa pauoris ac desperatio-  
 nis est, quod uidetur Deus irasci ac deserere. Hic igitur  
 contraria causa, cōtrariū obiectū p̄ponitur. Cō-  
 clusio primo loco ponitur, ad afflictiones ad bonū cō-  
 operatur. Sequitur ratio, ex uoluntate Dei.

Quos uocauit Deus, hos uult similes fieri ima-  
 gini filij sui.

Filius est per crucem glorificatus.

Ergo & uos per crucē glorificabit. Voluntatem  
 patris in imagine filij ostēdit. Et postea addit ampli-  
 ficationē bonae uolūtatis Dei ex multis signis colle-  
 ctam, quae ut motū haberet aliquē, crebras interro-  
 gationes addit. Plenus enim locus est ardētissimis affe-  
 ctibus quibus intuens in imaginē Christi, & magni-  
 tudinē misericordiae cōmotus est animus Pauli.

Quid dicemus ad haec? ἀδύνατος est, id est, ni-  
 hil possumus dicere quod efficacius cōsoletur. Quid  
 dicemus amplius, qd̄ praeterea requiramus, quā ipsius  
 beneuolentiā & amorē erga nos. Amat nos, signū  
 quia dedit filium pro nobis omnibus.

Amplificatio. Omnia cū illo donauit, uictoriā ad-  
 uersus diabolum, peccatum & mortem.

Sequuntur reliqua signa. Deus iustificat nos. Chri-  
 stus sedet ad dexteram Dei, et pro nobis interpellat.

Conclusio. Ergo uincemus in afflictionibus, quia  
 Deus diligit nos. Nam amor Dei erga nos maior est  
 quam ut sinat nos succubere aut pere. Gradus sunt  
 in interrogatiōibus, ut sonus oratiōis esset plenior,  
 quis cōtra nos, quis accusabit, quis condemnabit, q̄  
 separabit nos ab amore Dei erga nos?

Quæ tandē oratoria uirtus deest in hoc loco,  
 argumenta sumpta sunt ex proprijs locis. Est  
 enim singularis prudētiæ, uidere q̄ sint in causa lo  
 ci proprij, & q̄ perfectissime docēt auditorē, quosq̄  
 maxime requirit auditor. Sūt autē definitionū et caus  
 farū loci maxime pprij. Obiecta sunt causæ affectu  
 um, & ciet motus animi, quare hic copiose tractat  
 argumentū ab obiecto sumptū. Causa pauoris &  
 diffidentie est, in animis hominū obiectū, q̄ uolun  
 tas Dei proponitur nobis abalienata. Paulus contra  
 docet, non esse abalienatam, adfuctiones non esse  
 træ signa, sed magis gratiæ.

Auget terrores & hoc obiectū. Nihil nisi pecca  
 tum & mortem sentimus. Nondū sentiūtur iusticia,  
 uita æterna. Paul. respōdet per cōcessionē ex modo  
 saluatiōis, ut doceat hos terrores et peccati sensum  
 nō excutere iusticiā et salutē. Spe eni saluati sumus.

Leuant terrores et auxilia, utē cōmemoratio de exi  
 tu & premijs. Nam hoc modo in suasorijs à facili  
 & utili argumentamur. Vidit igitur Paulus quid

## DISPOSITIO ORA.

maxime prodesset in caussa, & hæc egregijs figuris ornauit, proposuit exemplum naturæ rerum, addidit amplificationes, ubi maxime oportuit. Nam tota res in eo posita est, ut proponatur nobis uoluntas Dei nõ alienata, ut possimus uere statuerere, quòd diligamur à Deo, q̄ curet nos, q̄ non abiecerit nos. Ideo amorẽ Dei erga nos, multis uerbis amplificat.

## FINIS METHODI.

## CAPVT IX.

**P**OTERAT desinere Paulus. Absoluit enim totam iustificationis doctrinam & pertractauit eos locos, in quibus est Euangelij summa, quosq; in primis tenere nos oportet. Sed quia hic quaestio oritur de electiõẽ, uoluit hæc quoq; attingere. Quæritur enim si nostra opera nihil merentur, cur eligit Deus alios, alios non eligit, Et hanc quaestionẽ maxime agitabant tunc iudei, ut qui cultum Dei habebant, qui gloriabantur se mereri iusticiam.

Itaq; disputabant promissiones de Christo non esse impletas, quia non contigisset ipsis salus & spiritus sanctus, qui cultum Dei habebant, qui iusticiam mereri uidebantur.

Paulus igitur à querela orditur, & deplorat iudeorum defectionem. Postea docet, nostra merita non esse causam electionis.

Querela est. Veritatẽ dico &c. Vehementer doleo

doleo, quòd iudei pereunt, ac optarim meo interitu eos redimere. Hic statim subiicit correctionē, Non quòd exciderit sermo Dei, id est, non sic sunt abiecti iudei, ut nulli queant seruari, ut promissiones factæ illi populo irritæ sint, imò firmissimæ sunt promissiones, quare non dubium est, quin ad hunc populum pertineat salus.

Deinde sequitur propositio principalis huius dīspulationis. Nō oēs q̄ sunt ex Israel, sunt israel, neq; oēs sunt filij, ideo quia sunt Abrahamæ semen. Sed in Isaac uocabitur tibi semen, hoc est, filij carnis non sunt filij Dei, sed filij promissionis reputantur in semen. Hæc est propositio, sed implicata primæ probationi, quemadmodū sæpe fieri solet. Infra autem aliquoties in conclusionibus & epilogis repetitur propositio. Conclusio enim nihil est, nisi repetitio status. Est autē hæc sententiā propositiois, Filij Dei sunt electione, non natura aut meritis nostris.

## DE PRÆDESTINATIONE.

natione.

**V**T autem appareat hanc perpetuam esse scripturæ sententiā, ducit argumenta inde usq; à prima electione, ubi Abrahamæ posteritas à reliquis gentibus separata est. Et est primum argumentum. Scriptura inquit, in Isaac uocabitur semen. Ergo filij Dei tantum sunt, qui à Deo eliguntur. Si natu-

## DISPOSITIO ORA

ra aut merita facerēt filios Dei, quid opus esset promissionibus, Cū igitur promissio efficiat, ut aliqui fiant filij. Ergo non est res nostrarū uirū. Aut si est penes naturā fieri filios, quare Isaac eligitur, Chaldaei, Aegyptij aut alij nō eliguntur, qui nō minus ciuiler uiuebant iuxta naturā, quā Abrahā, Isaac, Vt si quis ratiocinetur, Cur nos ad Euangeliū uocauit, nō uocauit Alexandrū Macedonē, Augustū, Socratem, Papinianū, Pomponiū Atticū, qui certe non minus ciuiler uiuebant q̄ nos. Hic necesse est causam reijcere in uoluntatem Dei.

II Argumentum. Iacob electus est, Esau repudiatur: priusquā aliquid boni aut mali fecissent. Hinc Paulus conclusionem effecit, quae manifeste negat merita nostra causam electionis esse. Ergo opera non erant causa, sed uoluntas uocantis. Non addam hic, quomodo cauillentur ista nonnulli. Tantum hoc meminerit lector: Si opera secutura in uita erant causa electionis, non licuit dicere Paulo: Non ex operibus.

## OCCVPATIO.

Vidit Paulus hanc de electione sententiam abhorreere à iudicio rationis, Ideo argumentum à ratione sumptum obiicit, quo nihil opus erat, si Paulus sensisset merita nostra causas electiōis esse. Dicat enim aliquis: Si Dauid & Saul iuxta nihil merentur, iniquus igitur est Deus, qui hunc eligit, illum non

eligit. Nō uidetur hæc inæqualitas ἡ ἀνεπιπέδη  
 ἰσότης in optimam naturā Dei cadere. Si merita om-  
 nium paria sunt, cur non sunt paria præmia, aut pa-  
 res pœnæ? Iudicem maxime decet æqualitas. Sic  
 enim inquit Græci, ἰσότης πόνεμον ὅν ποιεῖ.

Paulus mitigat hanc obiectionem hoc modo.

Iusticia est reddere paribus paria.

Deus non reddit paria paribus.

Igitur, uidetur esse iniusticia.

In hoc argumento, maior distinguenda erit. Iu-  
 sticia est reddere paria, cum debitum soluitur. Nam  
 in donando nihil opus est dare paria paribus.

Minor non coheret cum maiore, Maior enim  
 loquitur de debito, Minor loquitur de beneficijs,  
 quæ gratis donantur, Deus nō reddit paria, scilicet,  
 quia quibusdam donat salutem. Tunc accusari iusti-  
 cia posset, si Deus deberet hoc beneficium omni-  
 bus, sed quia non debet, non est iniusticia, quòd al-  
 quos liberat, misericordia magis est: ut si princeps  
 eximat pœnæ aliquos condemnatos, clementia erit.  
 Interim non est iniustus, si reliquos similiter cōdem-  
 natos, non eximat pœnæ.

Diluit igitur Paulus obiectionē per translationē,  
 eligere est misericordiæ, nō est debiti. Igitur accusa-  
 ri iusticia nō pōt. Et citat locū Exodi, ut ostēdat gra-  
 tis donatū beneficiū esse, electionē, nō debiti. Misere-  
 rebor &c.

## DISPOSITIO ORATIONIS

Addit Epilogum, in quo ponit principalem propositionem huius disputationis. Nam in epilogis repetuntur propositiones, imò interdum imitto disimulata propositio, primum in conclusione clare ponitur. Id hic factum est. Igitur non est uolentis, neq; currentis, sed misericordis Dei. Nos nō meremur eligi uoluntate aut cursu, hoc est, operibus nostris. Sed beneficium est misericordie Dei gratis donatū.

Citat aliud testimoniū, quo probat non esse nostrarū uirū, mereri salutem. In hoc excitauit te &c. consequens est. Ergo cuius uult miseretur, & quē uult indurat, id est, non est nostrarum uirum, iustificatio, sed misericordie Dei, cū non miseretur Deus, perseverant in impietate homines.

### SECUNDA OCCUPATIO:

Iterum inserit obiectionem, uidetur enim extreme absurdum dicere, quod non sit nostrarum uirū iustificatio. Si nos non possumus iustificari, nisi contingat misericordia. Et misericordiam Deus non impertit omnibus, Cur igitur accusat nos Deus Inclēmēs est, q̄ impossibilia exigit, qui punit homines, cū uideatur culpa abesse, quia nō possunt benefacere.

Nihil respondet ad hanc obiectionem, sed reputat eam uelut indignā, hanc figuram uocant & m. A. i. §. 14, cum argumento difficili nolumus respondere, & ut uideamur consulto præterire, reijcimus tanquam

tanquam intempestuum, aut indignum. Ita hic Paulus significat indignam esse objectionem, ait nos non debere exposulare cum Deo, quia Deo liceat uti creaturis pro arbitrio. Addit de luto & figulo similitudinē, ut fiat clarior ratio, repudiata objectionis, uidelicet, quod nihil debeat nobis Deus, quare non debeamus eum accusare, & tanquam in ius uocare.

Est in hoc loco *ἀναγταν ὁδοῦ τῶν*, quia non utitur absoluta constructio. Si Deus uolens ostendere iram, tolerauit uasa &c. Circumductio ita erit integra, si repetatur ex superiore, non est tuum, reprehendere eius consilium.

Hic incipit recitare testimonia de uocatione Gentium, & de defectione Iudeorum. Supra enim dixi Iudeos disputasse, quod ad ipsos pertinerent promissiones, non ad Gentes, quod ipsi cultu suo mererentur gratiam. Sed hoc scandalum multo etiam magis mouit imbecilles, quod tam pauci ex Iudeis crediderunt. Itaque disputabant hunc non esse Christum, quem predicabant Apostoli, quia promissiones de Christo ad uniuersum populum, aut certe ad maximam populi partem peruenturae essent. Nunc paucos tantum & quidem infimos homines gloriari se adeptos esse tam magnifica promissa. Non uidebatur respondere hic euentus tantis promissionibus, quas ad uniuersum populum pertinentes, paucos tanquam per seditionem



DISPOSITIO ORA.

inuadere existimabunt. Colligit igitur Paulus testimonia de uocatione Gentium, & de defectione iudeorum, obiter meritis rursus detrahit honorem.

C A P. X.

**S**upra cepit de reiectione iudeorum dicere, in hoc loco consumet & duo sequentia capita. Nihil igitur noui hic instituit, sed pergit dicere de iudeorum defectione, & aliquanto post testimonia plura recitabit, sed non potest uir sanctus tantæ calamitatis meminisse, seu iræ Dei tantæ, sine acerbissimo dolore animi, ideo addidit adfectus, causam etiam erroris ostēdit iudeis, ut hac sublata, aliquos ad Christum pertrahat.

Initio uerborum est, seu adfectus: Ego optime uolo iudeis, & pro eis oro.

Causam erroris tollit, putant iusticiam coram Deo esse, opera sua. Neque sane potest aliter humana ratio iudicare, quam quod opera nostra & quidem à Deo mandata, reddant Deum placatum.

Obiter hoc loco inseritur collatio iusticiæ legis, & iusticiæ fidei. Et sumpta est collatio ex definitionibus. Nam cum dixisset iudeos nimium tribuere iusticiæ legis, profuit addere definitiones iusticiæ legis, & iusticiæ fidei.

Iusticiam legis definit ex uerbis Leuitici: Qui  
fecerit

fecerit ea, uiuet in eis. Iusticiã fidei definiunt ex uerbis  
Deuteron. Iusticia fidei, est habere uerbũ in corde  
& ore. Verbũ in quã quod prædicamus de Christo.

Alij aliter tractant hanc collationem, Ego collationis statum positũ esse iudico in his membris, Facere, et Verbũ habere in corde. Hæc membra definitionum opponi inter se arbitror. Vult enim insignẽ differentia earũ proponere, & discrete docere, quod opera non sint iusticia Dei, ut errorẽ Iudeorum clare reprehendere intelligatur. Iusticia legis est **FACERE**, id est, externa operaratione imitãte, legẽ efficere. At iusticia fidei est **HABERE VERBUM IN CORDE ET ORE**, q. d. Vos somnatis iusticiã Dei esse opera uestra. Nos uero longe aliã iusticiã tradimus. Nõ enim iustificamur opera nostra corã Deo. Alia quædã iusticia est, qua coram Deo iustificamur, nempe, credere in Christũ, hunc quisquis apprehẽdit, is habet finẽ legis. i. summã legis, hæc est, est iustus coram Deo, satisfecit Deo.

Eleganter autem ornauit definitionem ex cõtrario. Iusticia est, non dicere in corde, quis ascendet in coelũ, aut quis descendet in abyssum, hæc figuræ cõtinent rationes humanas, & depingunt cor incredulum. Nam ratio argumentatur hoc modo, nõ possum ascendere in coelum, & coram uidere uoluntatem Dei. Ergo non credam me Deo curã esse, nõ

DISPOSITIO ORA.

assentiar Deum nos respicere, Deum nobis hoc modo placari iuxta uerbum. Nec descendi in abyssum, hoc est, non uidi quomodo mortui degāt, quomodo redire ad uitam possint. Igitur non assentior quoniam reuiuiscere posse, aut à morte liberari. Ratio enim ducit argumenta ex his quæ sensu comprehendit. Hæc impietas cordis hæret in omnibus hominibus natura. Opponit igitur contrarium, habere uerbū in corde, id est, uere assentiri, quod hoc uerbū, quod prædicat Apostoli, uerū sit, quod propter Christū recipiamur in gratiā patris, quod propter Christū contingat iusticia, uita, quod propter Christū uere simus Deo curæ, defendamur à Deo & seruemur.

Epiphonema, corde creditur ad iusticiam, & ore fit confessio ad salutem. Repetitur autem effectus fidei, scilicet, quod fides iustificet, non opera. Et additur testimonium ex Propheta: Omnis qui crediderit non pudefiet. Citatur & aliud testimonium: Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

Suo more annectit gradationem, qua declarat modum iustificationis, & fidei causam, seu quomodo fides cōcipiatur. Dialectici tradunt Soriten uersari in causis & effectibus. Est autem Sorites gradationi affinis. Ideo Paulus cum uellet ostendere fidei causam, instituit gradationem hoc modo.

Nemo inuocat, nisi credat.

Nemo

Nemo credit, nisi audierit uerbum.

Non potest audiri uerbum, nisi prædicetur.

Non potest prædicari uerbum, nisi mittantur à Deo, q̄ prædicent. Et recitat testimoniū, in quo Propheta prædixit futurū esse, ut mittantur qui nouum uerbū spargant in mundū, in quo annunciētur gratia et pax, non ira. Nam lex antea iram Dei ostēdit. Hic de alio uerbo uaticinatur Propheta, quod prædicat remissionē peccatorū, & gratis offert iusticiā credentibus. Docet autē fidē sic contingere, si audiamus uerbum Dei, & quidem humana uoce prædicatum. Est igitur caussa efficiens fidei uerbum, quo impellit & mouet Deus corda ad credendum. Sine uerbo non contingit spiritus sanctus. Et ut ministerium Verbi Dei cōmēdaret, addidit missionē quoq̄.

Multas ac magnas utilitates decerpe pius lector ex hoc capite potest. Supra ualde clara ponitur definitio fidei, in qua cerni potest, q̄d sit fides. Natura enim & uis fidei, ualde clare depingitur, cum dubitationes illæ mentis impiæ reprehenduntur. Quis ascendit in cœlum? Qua uia patet reditus mortuis ad uitam? Est enim fides quæ certo stantit de uoluntate Dei, Deo nos curæ esse, Deū nobis ignoscere iuxta hoc uerbū, tegi et defendi & seruari nos à Deo, ut sepat iusticiā fidei à iusticia legis, & soli fidei tribuit iustificationē, alteri generi clare adimit.

## DISPOSITIO ORAT.

Deinde gradatio de modo iustificationis, seu de fidei causa magnope obseruanda est contra fanaticos homines, qui contemnunt ministerium Verbi, qui omisso uerbo, nouas illuminationes requirunt, & suis speculationibus conantur Deum comprehendere, qui somniant spiritum sanctum, concipi aut operari in nobis per nostras speculationes, sine uerbo Dei, & somniant spiritum sanctum concipi, per preparationes certorum operum. Tales heretici fuerunt olim Eudo-  
 σάοι & alij multi. Et nostris temporibus sunt Anabaptistæ, & alij qui ministerium uerbi contem-  
 nunt, & somniant spiritum sanctum dari sine uer-  
 bo Dei. Itaque publice prodest hic locus ad retinend-  
 um ministerium uerbi Dei.

Prodest & priuatim in tentationibus piorum. Nam ægre pendet mens à solo uerbo, & requirit alias consolationes, illuminationes, non audet se tantum uerbo sustentare. Vt igitur sciamus non esse alias consolationes requirendas, iubet nos ad uerbum respicere, ac sentire quod haud dubie hæc sit Dei uoluntas iuuandi nos, quæ in uerbo ostenditur. Et ne requireretur alia illuminatio, testatur se loqui de uerbo prædicato humana uoce, de corporali uerbo quod legitur, quod personat in auribus. Ideo diserte ait Moses, Verbum quod est in ORE TVO. Et Paulus uerbum quod prædicantur: item coniungit auditum, prædicationem  
 & missionem

missionē. Et propheta pedes laudat, ut testetur se laudare uerbum prædicatum uoce, istorum qui mittuntur à Deo. Hos pedes contaminat & cõspunt isti, q̄ negant Verbum & Sacramenta prodesse ad consolandas & confirmãdas cõscientias. Sed hæc fortasse conuenit, in cõmentario tractare, nõ in hoc opere, fuit tamen obiter admonendus lector, ne restantibus hoc loco positas negligenter præteriret.

Postea redit ad Iudæorum defectionem, cum ait, Sed non omnes obediunt Euangelio, & addit testimonia, quæ uaticinantur de Iudæorum ruina. Nam cum offendat imbecilles, paucitas credentium, opus est aduersus id scãdalum opponere scripturas, ut iudicio Dei id accidere sciant.

## CAPVT XI.

**C**ORRECTIO est, in qua mitigat ea quæ de ruina Iudæorum dicta sunt, & consolatur Iudæos, ne desperet, ac putent omnes abiectos esse.

Propositio. Non abiicit Deus populum suum.

I Ratio ab exemplo proprio. Ego sum Israëlita & tamen credidi. Ergo non est abiectus populus

II Ex sententia Eliæ dicta. Sicut Eliæ temporibus reliquæ electæ erant, hoc est exigua pars populi. Sic & hoc tempore reliquæ eripientur ac saluabuntur, hoc est exigua & infima pars populi.

Addit autem amplificationem de causâ electionis, q̄ merita nostra non sint electiõis causâ. Et scãd

DISPOSITIO ORAT.

Paulus Enthymema prorsus rhetoricum. Sic maxime uocant argumentationē, quæ constat ex disiectiuis. Si contingit iustificatio meritis, nō est gratia. Si contingit per gratiā, non potest cōingere meritis. Sed est gratia. Ergo nō possumus mereri. Concludit igitur electos consequi iustificationem. Amplificat Antihesi. Ceteri autem sunt cæci facti, habēt spiritum compunctionis, id est, iratum & exacerbatum animum. Oderunt Euangelium, quia arbitrantur Euāgelio dissipari ipsorum politiā, indigne ferunt ab Euāgelio iusticiā & sapienciā eorum damnari, sicut nunc accerbe oderunt nos isti, qui sibi sapientiæ & sanctitatis opinionem detrahi putant.

Propositio repetitur. Num ita lapsi sunt, ut tota gens sit pitura? Nō. Et additur ratio ex causa finali.

Lapsi sunt aliqua ex parte, ut reciperentur gentes, ad prouocandos iudeos.

Ergo nō sunt ideo lapsi, ut hæc tota gēs abijceretur.

Antecedēs argumenti callide inuertitur, ut hinc alia ratio colligatur, quæ ostendat iudeos non esse abiectos.

Lapsus iudeorum non fuit per se causa, cur uocarentur gentes. Sed magis incolumitas iudeorum fuit per se causa uocationis gentium. Ergo iudæi nō sunt abiecti. Antecedens probatur ex causa finali uocationis gentium. Gentes receptæ sunt, ut prouocent

nocent Iudæos ad credendū Christo. Ergo restāt lue-  
 da uenturi ad Christū. Quid enim opus esset puo-  
 care, si totus populus abiectus esset? Ita ex uerbo  
 prouocandi, quod est in testimonio Mosi ratiocina-  
 tur, reliquos esse electos in populo Iudæorū, sed ut  
 inuersio melius intelligi possit, ascribā exemplū.

Inopia non est caussa laboris.

Spes uictus magis est caussa laboris.

Dialecticus enim non resistit in priuatione, sed  
 querit ultimā caussam quā cōuenit certārem esse.

Sic. Lapsus Iudæorū nō coegit ut gētes recipētur.

Sed incolumitas Iudæorū coegit, ut gentes reci-  
 perentur, quod uidelicet reliqui erant in hoc popu-  
 lo electi. Vocat igitur ἀλώματα incolumitatem  
 populi, qui eatenus est in columis adhuc, quatenus  
 reliquos habet electos quocunq; tempore. Vocat  
 ἀτμίματα quatenus habet damnandos.

Addit ἂν πρὸς ἄλλους ad gentes. Vobis dico &c.  
 hic proximū argumentum amplificat suo exemplo.  
 Ego etiā, inquit, hoc magis laboro, ut gētes ad Chri-  
 stum pertrahā, ut prouocē & meo & gentiū exem-  
 plo Iudæos. Nā cum uidebāt Iudæi Euangeliū inter  
 gentes efficax esse, cogebātur agnoscere, hunc esse  
 Christū, quē Apostoli prædicabāt, præsertim cū de  
 Christo etiā extarent pphetiæ, q̄ gētes ei adhæsuræ  
 essent. Et repetit inuersionem, supra inchoatam. Si  
 abiectio eorum esset reconciliatio mundi, id perinde



DISPOSITIO ORA

esset, ac si uita ex morte sumeretur. Nā ē q̄ eorū cōs  
 absurditatem uult significare, q̄ d. Absurdum esset  
 sentire, q̄ abiectio iudeorū profuisset. Id enim per  
 inde esset, ac si quis diceret, mortem prodesse. Nos  
 utemur nostro exemplo. Absurdū est dicere, inopiā  
 prodesse, magis cōuenit ut dicā, spem rei bene gerē  
 dē pdesse. Ita iudeorū casus nō profuit per se. A-  
 lia caussa querenda est, quæ profuerit, uidelicet uo-  
 luntas seruandę gentis.

III Argumentū, ex promissionibus ad gentē per-  
 tinētibus. Primitia sunt sanctę. Igitur & massa san-  
 cta est. Radix est sancta, igitur & rami sunt sancti,  
 id est, promissio patribus facta est, igitur ad eorum  
 posteritatem pertinet.

Sequitur adhortatio ad gentes, ne contemnunt  
 iudeos, neue putēt gentes prelatas esse, quia melio-  
 res fuerint iudeis, aut arrogēt sibi aliq̄ meriti laudē.

Propositio habet Antihesin. Ne sis superbus,  
 sed time. RATIO ex maiore. Si nō pepercit Deus  
 iudeis, qui erant peculiaris populus Dei, multo mi-  
 nus tibi parceret, si abieceris timorem ipsius.

Inserit obiter uaticinium, quo probat non esse ab-  
 iectos iudeos, quia sint reliqui in eo populo electi,  
 qui subinde sint credituri in Christū, dū Euangelii  
 inter gentes prædicatur. Et confirmat Esaię testimo-  
 nio, q̄ reliqui sint electi. Christus delebit peccata

Iacob. Ergo necesse est aliquos posteros Iacob conuer-  
tenti ad Christum.

### CONCLUSIO.

Iudæi sunt inimici, quod ad præsentem statum at-  
tinet, ut per eam occasionem gentes nocentur. At  
sunt amici secundum electionem.

Ratio, quia dona Dei & promissiones Dei non mutan-  
tur. At Iudæi habent promissiones. habent igitur et electos.

Epiphonema. Conclufit Deus oēs in incredulita-  
tem, ut omnium misereatur. In hoc Epiphonemate col-  
ligit pares esse causas Iudæorum et gentium, ut utrisque  
adimat gloriam meriti. Cæterum uberrima consolati-  
o proponitur in hac sententia. Cū cernimus pecca-  
tum, interpretamur signum iræ ac damnationis esse.  
Dauid cum considerat adulterium suum, iudicat se  
lapsum esse, quia sit abiectus à Deo. At Paulus muta-  
tat hanc peccati significationem. Peccatum admo-  
net misericordie. Ideo lapsus est Dauid, non quia ab-  
iectus erat, sed ut gloria misericordie Dei fieret illu-  
strior, neue tribueret honorē meritis. Propemadum  
habet simile usum hæc sententia, ut illa, *Viuo ego, no-  
lo mortē peccatoris.* Vbi iureiurando testatur deus, se  
uelle ignoscere. Necesse est autem ut Deo et quod iuratis  
credamus. Ita in hac sententia promittitur omnibus misericordie

## DISPOSITIO ORA.

Et ne quem absterret peccatum, significat hoc ad gloriam misericordie pertinere, non ad iram, quae sub peccatum conclusi sumus, si tamen Christo credimus.

Postremo adiecta est exclamatio, seu potius admiratio. Nam Apostolus miratur consilium, quod exiguam Dei partem hominum, quod hos qui non praesstant ingenijs aut sapientia ad Euangelium uocat. Vetat autem scrutari causas, et iubet cedere sapientiae Dei, ac detrahi honorem meritis.

Hactenus doctrina de iustificatione, tradita est, et agitata propositio, quod iustificemur fide, non operibus nostris. Meminerit autem lector hunc esse praecipuum Euangelij locum, sine quo intelligi non potest, cur uenerit Christus. Venit enim non ut legem ferret, ut certis operibus iusticiam mereremur: sed ut donaret gratis iustitiam, et spiritum sanctum credentibus. Et Euangelium proprie uocari debet, haec de iustificatione doctrina, et prudenter a lege discerni. Et quia hic locus nusquam perinde illustratus est, ut in hac Epistola, danda est opera, ut eam uobis quam familiarissimam faciamus. Porro ut architectus totius formam aedificij in animo complecti solet, ita nos totius scripti tanquam ideae quandam in animum includere debemus, ut Apostoli sententiam penitus perspiciamus. Ad eam rem multum oducet in tam longa disputatione nosse sermionum partium ac sententiarum, quare spero hanc meam operam

operam studiosis iuuenibus profuturã esse. Semper autem in hanc Epistolam intueri nos oportet: semper oportet habere positam ob oculos hanc sententiam, quòd fide in Christum iustificemur coram patre. Non enim poterit conscientia pacata esse, nisi teneat hanc sententiam. Quoties orabimus, primũ in hanc Epistolam intuendũ est, ut erigamus nos ac sciamus nos exaudiri, si credimus in Christum, non propter merita nostra. Nam nisi huc respicimus absterrent nos peccata nostra, ut neq; petere, neq; exspectare quidquã à Deo audeamus. Olim ita legabatur hæc Epistola, ut illa tã longa disputatio superior nihil ad nostra tempora pertinere putaretur. Sed dicebatur esse scripta propter rixas illorum temporum de Iudæorũ ceremonijs. Nos uero sciamus, ut Euangelium ad omnes ætates pertinet, ita hanc Epistolam ad omnes ætates pertinere, quæ præcipuum Euangelij locum explicat. Est autem hic mos Paulo, ut initio tradat doctrinam iustificationis quæ cõtingit per fidem. Postea subiiciat præcepta de moribus. Quamquã enim nõ iustificat opera, tamẽ quoniam in corpore degimus, sine operibus hæc uita transigi non potest, & fides debet se exercere ac ostendere in cruce & bonis operibus. Sequitur igitur tãquã nouus liber cõtinens legẽ magis, quã Euangelium. Et quia legis doctrina non ignota est

## DISPOSITIO ORA.

humane rationi. Ideo multe sententiæ reperiuntur  
 in Hesiodo, Phocylide & alijs, similes his quæ sunt  
 apud Paulum. Neq; ideo putandum est nihil interes-  
 se inter Christi doctrinam, & philosophiam. Legè  
 enim seu præcepta de moribus potest philosophia  
 aliqua ex parte tradere. At Euangelium prorsus nõ  
 nouit humana ratio, quòd gratis coram Deo iustifi-  
 cemur, cū credimus nos in gratiã à patre propter  
 Christum recipi. Quid autem efficiat lex, supra di-  
 ctum est. Et tamen Apostoli cum tradunt præcepta  
 de moribus, longe aliter tradunt, quàm philosophi.  
 Multas enim sententiã aspergunt de uoluntate Dei,  
 & de Christi beneficijs. Adhæc docent in his insin-  
 dijs Diaboli, non posse nos mores regere, nisi spiri-  
 tu Christi gubernemur, et fide resistamus Diabolo.

### CAP. XII.

**S**uperiorem Epistolæ partem collocauimus in  
 genere iudiciali, uersatur enim in docendo. Se-  
 quentia capita, quæ sunt uelut appendix illius  
 disputationis, pertinent ad genus suasorium, quia  
 continent præcepta de moribus. Nec opus est hic sub-  
 tituliter querere rationè dispositionis. Non enim per-  
 inde coheret membra, ut in disputatione, sed singu-  
 la præcepta, noue propositiones sunt, aut si quis  
 hoc mauult, noui libri. Et tamè si quis in tanto accer-  
 no, methodo

no, methodum aliquam, aut rationem tenere cupit, ut in pauca capita cōferre, & ordine complecti omnia precepta possit, is habet Pauli exemplum, quē contrahit omnia in secundā tabulam decalogi. Nam doctrina fidei, in qua superior Epistolæ pars consumitur, pertinet ad primam tabulam. Neq; sane methodus de moribus ulla magis exacta cōcipi potest, quā decalogus est.

Nos tamen etiā partiemur præcepta iuxta uitæ genera. Ut enī alia est priuata uita, alia publica, seu ut philosophi adpellāt, politica. Ita duplicia hic præcepta sunt. In 12. Cap. recitat præcepta magis ad priuatam uitam pertinentia. Sequens caput ad politicā uitā pertinet, docet enim nos de Magistratu. Caput XIII. de scandalis admonet, ne offendamus libertate nostrā imbecilles fratres. In reliquis duobus Capitibus pollicetur, ut sit in Epistolis officium suum Romanis, & adscribit salutationes.

Propositio generalis est complectēs crucem & bona opera. Præbete corpora uestra hostiam Deo, & cultum rationalem &c. Hic uides aliter tradī præcepta à philosophis, aliter ab Apostolis. Nam Paulus inserens amplificationem propositioni, fidē etiam requirit. Significat enim opera & afflictiones debere hostias esse. Non sunt autem hostiæ apud impios, sed apud hos qui credūt Deo placere

DISPOSITIO ORA.

ad afflictiones nostras, & opera, quia Christi membra  
 sumus, & gubernari à Deo, tum afflictiones nos-  
 tras, tum opera. Et λογικὴ λαΐα opponitur  
 non modo pecuinis uictimis, sed etiam omnibus hu-  
 manis exercitijs & operibus, quæ sunt sine timore  
 Dei, & sine fiducia. Nam λογικὸν non significat  
 hominem, ut in scholis, hominem describunt, animal  
 rationale, sed significat cogitantem, ut sit λογικὴ  
 λαΐα, in qua cogitatur, seu cernitur, seu appre-  
 henditur Deus per uerbum, & λογος latris, cum  
 corda non sentiunt timorem Dei, non eriguntur fi-  
 de, non norunt Deum, etiam si egregia opera præ-  
 stent conaturationis, cum interim dubitet an respici-  
 at Deus, an exaudiat &c.

Deinde recenset præcepta, in quibus nõ sine ma-  
 gna causa primo loco posuit, ut suæ quisq; uocatio-  
 ni seruiat, & nihil sine uerbo Dei doceat, nihil susci-  
 piat sine mandato Dei.

Postea cõmemorantur uaria officia charitatis, &  
 ad extremum prohibet uindictam. Vbi meminere le-  
 ctor priuatam uindictam prohiberi. Nam Euange-  
 lium non prohibet uindictam legitimam, quæ à Ma-  
 gistratibus exercetur, sed approbat eam, & amplis-  
 simis laudibus ornat, ut ostendet proximum Caput.

CAP.

## CAP. XIII.

**P**ROPOSITIO. Vnusquisq; obediat suo Magistratu. Rationes addit ductas ex dignitate Magistratus, & ex pœna quæ ulciscitur contemptum Magistratus. Hic rursus apparet Paulum aliter tradere præcepta de moribus, quàm tradunt Philosophi. Docet enim nos de uoluntate Dei, quòd πολιτεία sit ordinatio diuina, sicut uices temporum hyems, æstas, dies, nox, & hi perpetui cursus ac motus syderum, à Deo, & conditi sunt, & conseruantur. Ita ordinauit Deus & conseruat πολιτεία in mundo, Magistratus & Leges.

Multi fuerunt Fanatici homines etiam nostris temporibus, qui contenderunt non licere Christiano gerere Magistratum, quia Euāgelium sepe prohibeat uindictam. Itaq; Magistratum senserunt, latrocinium ac iniustam uim esse. Aduersus hanc impiam ac seditiosam opinionem nuntius nos Paulus, ac docet Magistratum esse ordinationem diuinam, seu opus Dei bonū, quare fit, ut hi qui gerūt Magistratum, tractent officium licitum & honestum.

Nemo uerbis consequi potest quantas adferat utilitates, tum Magistratibus, tum subditis hæc doctrina. Nam Magistratus bona conscientia suum officium facere possunt cum sciunt, suum uitæ genus,



## DISPOSITIO ORAT.

suam procuracionem Deo placere. Et audent à Deo expectare ac petere auxilium, quoniam ipsius gerunt uicem, ut defendat & gubernet suos ministros. Nulli exercitus, nullæ arces, magis munire Principes in tot periculis & insidijs Diaboli queunt, quam hæc fiducia auxiliij diuini.

Deinde nulla ratio efficacius mouet animos hominum, ut Magistratui pareant, quam si sciant Dei ministrum esse, & ueuerandum esse, ut alias res sacras, & hanc obedientiam non hominibus, sed Deo præstari. Ut sacris cæremonijs honorem habemus, quia uerbo Dei nobis commendatæ sunt, & certâ beneficia Dei nobis per eas exhibentur. Ita Magistratui habet honorem piæ mentes, quia uerbo Dei commendatus est, & agnoscunt beneficia Dei, illis, & tranquillitatem per illos nobis contingere.

Ad hæc intelligunt non posse humana uis Magistratum opprimi, quia sciunt eum à Deo defendi. Et quia pœna seu uindicta opus Dei est, nihil dubitant quin seditiosi pœnas daturi sint, etiam si uires Magistratui ad puniendum deesse uideantur. Ad hunc modum alit reuerentiã erga Magistratus & leges, hæc Pauli doctrina. Quid simile in Platonis Reipub. legitur? Paulus docet leges & Magistratus ordinationem Dei esse. Plato damnat presentem Reipub. formam, & fingit nouam πολιτεία, nihil

congruentem ad rationis humanæ iudicium, dicit  
conuicia Regibus tanquàm scurra.

Et extant quorundam libri scripti his proxi-  
mis annis, ubi false irridentur Principes, sepe  
etiam uitæ genus taxatur, tanquàm pugnans cum  
Euangelio. Et natura mouentur omnes homines,  
cum uitia Principum consyderant, cum regnorum  
mutationes intuentur, ut suspicientur humana uiol-  
entia sine consilio Dei imperia & constitui, & re-  
tineri. Aduersus huiusmodi scandala opponendus  
est hic Pauli locus, ut assuefaciat nos, ut ex animo  
Magistratus uereamur, & magnificiamus. Et opo-  
tarim hos qui docent Euangelium, hunc locum di-  
ligenter & sedulo tractare, & illustrare. Ceterum  
quòd uindicta alicubi prohibetur, id tantum de uin-  
dicta priuata intelligi debet. Nam hic diserte exci-  
piuntur Magistratus, uindicta appellatur diuina,  
quam exercet Magistratus, ut sciamus uere opus  
Dei esse, administrationem politicam.

Est & Emphasis in uoce, ordinate sunt. Nam  
ordinatio significat formam imperij, hoc est, leges,  
iudicia, poenas, contractus, proinde adprobat non  
tantum Magistratus, sed leges etiam, & totam for-  
mam Reipub. scilicet, coniugia, rerū diuisionē, cō-  
tractus, iudicia. Hæc omnia cōplectitur, ut sciamus  
nos cum libus rebus bona cōscientia uti posse, sicut

DISPOSITIO ORAT.

ntendum est uictu, uestitu, aëre, luce. Neq; sane mi-  
nus ad uitam corporalem existimemus necessarias es-  
se ciuiles ordinationes, leges, cōtractus, iudicia, Ma-  
gistratus, quàm uictus est, aut aër quem haurimus.  
Quire non cum Magistratibus, sed cum tota natu-  
ra humana bellum gerunt Anabaptistæ & alij, qui  
publicas leges uituperant, qui damnant iudicia, qui  
somnia pietatem, aut certe perfectionem esse disce-  
dere à proprijs facultatibus, easq; in commune con-  
ferre. Ego scio quàm multi magni uiri de his rebus  
male iudicauerint, & quàm proclue sit hic errare.  
Quire duxi monendū esse lectorē, ut hoc loco mu-  
niat pectus aduersus Fanaticas opiniones, quas serit  
Diabolus, & ut Euāgelium reddat inuisum, & ut ex-  
citatis seditionibus, dissipet Ecclesias & Respub.

Doctrina Christiana hoc nomine fuit inuisa ma-  
gnis uiris, inter Ethnicos, quòd uindicta prohibita  
iudicabant Magistratus & iudicia è Repub. tolli,  
impunitatem improbis & facinorosis concedi, &  
uincula pacis & ciuilis societatis rescindi. Adhæc  
putabant in Euangelio Platonicam quandam com-  
municationem facultatum præcipi, quæ prorsus à  
natura humani generis abhorret.

Hic nostri laborant in cōfutando. Nonnulli respon-  
denti hæc præcepta ad perfectos pertinere, ne uindi-  
ctam exercent, ut communicent facultates, fingunt  
circum

circulos, alios imperfectorum, alios perfectorum,  
 sed hæc non satisfaciunt aduersarijs. Et donec hæ-  
 ret in Ecclesia opinio, quòd perfectio sit in huiusmo-  
 di operibus, nūquam deest materia tumultuū. Exori-  
 untur enim Fanatici homines, qui improbant Magi-  
 stratum officium, qui damnant ciuilem uitæ cōsue-  
 tudinem. Tales opiniones sparse in imperitos, mul-  
 torum conscientias perturbant, & maximos motus  
 cient. Quare utile est hos errores radicitus ex anti-  
 mis hominum euellere. Id ita fiet, si rectè doceantur  
 homines de iusticia fidei, quòd perfectio non sit in  
 externis uitæ obseruatiōibus, sed in timore, ac fide,  
 quòd liceat in externa consuetudine uitæ uti omni-  
 bus ciuilibus rebus, sicut uictu, aëre, & similibus re-  
 bus naturalibus, quòd Christus iusticiam æternam  
 tradat, quæ contingit per fidem. Interea nō aboleat  
 ciuilia officia, sed maxime probet & requirat ea, et  
 uelit nos religiose seruire politicis ordinationibus.  
 Cū cognouerint homines quid sit regnū Christi, &  
 quid intersit inter regnū Christi, & regnū mundi,  
 seu πολιτείας, et quòd Euāgelū seuerissime præ-  
 eipiat, ut honos habeatur potestati, ut ex animo &  
 eū timore Dei obtēperemus, ea res plurimū ad reti-  
 nendā publicā pacē, & dignitatem Magistratum  
 profuerit. Porro hæc Epistola Pauli copiose nos de  
 utroq; regno docet. Quid sit regnum Christi, &

## DISPOSITIO ORAT.

quid de politia sentiendum sit. Ac posuit aliquis hoc modo partiri Epistolā, quod in priore parte doceat nos de regno Christi, in posteriore doceat de politia. Olim uterq; locus in doctrina Monachorum idcirco obrutus plusquam Commerijs tenebris. Nunc Dei beneficio iterum patefacti & illustrati sunt.

Quorsum autem pertineant sententiæ de uindicta, sepe aliās diximus. Maxime enim ad confirmādos Magistratus ualent. Toties idem repetit Christus, ut discant discipuli non esse uolandos Magistratus. Prohibet enim illis uindictam, qui non sunt in Magistratu, quiq; somniabant nouum regnum mundi. Sicut adhuc Iudæi sperant se imperio orbis terrarū potituros esse. Hunc errorem uoluit Christus eximere discipulis, quare toties uetat ulcisci. Sed de his sententijs alibi diximus. Itaq; cum Magistratum, cum fasces, cum imperij signa intueris, cum audis leges recitari, cum uides exerceri iudicium, aut lege homines inter se contrahere, memineris hæc esse Dei ordinationem, quæ nisi à Deo conseruaretur, non posset consistere aduersus Diaboli seuitiam: qui cum sit homicida, assidue incitat improbos, ad perturbandam hæc pulcherrimam harmoniā humani generis. Itaq; agas gratias Deo, qui ut perpetuum solis cursum, ita τοῦ κόσμου ἡγεμονίαν ordinauit, & oves ut tranquillitatē retineat, & gubernet.

bernet animos Principum, ut recte & sceleriter imperent. Si quid est uicij in Principibus, nos accusamus, qui cum Deo simus ingrati & contemptio Magistratu hoc beneficium corrumpamus, non sumus digni quibus contigerint utiliores Principes. Nam quod Poeta inquit: Quidquid delirant Reges, plectuntur Achivi, uere dictum est, sed illud est uerum, Principes sepe adflugi, propter nostra peccata.

Verum dicat aliquis. Cum probet Paulus Gentium politas, utetur ne Christianus etiam Mulciorum aut Sybaritarum legibus, de prostituendis nuptis &c. Vidit Paulus hoc obijci posse, propterea etiam addidit, de officio Magistratus, & de legibus, quales esse debeant. Debent autem bonum opus honore afficere, & punire flagitia. Quae uero sint bona opera, lex naturae iudicat. Ergo concedit Paulus, ut Gentium legibus utamur, quae sunt consentaneae rationi. Confusio ordinationis diuinae est, probare manifestam turpitudinem.

Sed non est huius instituti explicare singulas particulas textus, sunt enim uberrimae. Conclusio apud Paulum est. Ideo necesse est obedire, non tantum propter iram, sed propter conscientiam, hoc est, ut breuiter dicam, si potes effugere latronem, nihil peccas, sed etiam si possis effugere poenam Magistratus, tamen non debes detrectare imperium, hoc est

## DISPOSITIO ORAT.

quod ait, non propter iram tantum, sed propter cōscientiam. Et quidē ait, necesse est obedire. Sicut autem Magistratibus, ita & legibus suis singuli pareant. Romanis legibus pareant isti, quorum Magisteratus Romano iure utitur. Saxonice legibus pareant isti, quorum Magisteratus Saxonico iure utitur. Unusquisq; utatur sui Magisteratus legibus in cōtractendis rebus. Theologi superstitione disputant, qui cōtractus sunt probandi, cum ea res ad Theologorum iudicium non pertineat, sed ad Magisteratus cōgnitionem. Licet uti cōtractibus omnibus, quos Magisteratus approbat, seu quos leges approbant, sicut uti licet alijs politicis ordinationibus. Et ut Magisteratus non debet esse  $\mu\iota\sigma\acute{\alpha}\nu\theta\epsilon\pi\omicron\tau\omega\sigma$ , sed multa concedere temporibus, et leges ad equitatem flectere, ita in iudicandis contractibus non est querendum  $\acute{\alpha}\kappa\epsilon\tau\omicron\sigma\acute{\iota}\kappa\alpha\omicron\upsilon\upsilon$  & alligandæ conscientie ad unam aliquam exactissimam formam. Ac ualde prodest ad conscientias consolandas tenere hanc generalem regulam: quod ut alijs politicis ordinationibus licet uti Christiano, ita in contractibus satis est recepta iura seu iudicium Magisteratus sequi. Hoc docere Theologus debet, quemadmodum docere debet, quod egrotis liceat uti medicina, quod debeant honorem habere corpori. Illud ad theologum non pertinet, quæ pharmaca danda sint, laborantibus

tibus febri, aut pleuritide. Nam hæ artes subiectæ sunt iudicio rationis, & habent certos artifices, nō docentur in Euangelio. Sic negocia πολιτικά subiecta sunt iudicio rationis & quidem Magistratus, nō docentur in Euangelio. Apud Strabonem uideo Φόρος appellari certum redditum ex possessionibus qui penditur Magistratibus, τέλος autem uectigal, seu tributum superinductum, ac uidetur Paulus ordinaria et extraordinaria onera uoluisse cōplecti

EPILOGVS PRAECE-

ptorum.

Cōtrahit præcepta in decalogum, & decalogi secundam tabulam in præceptum de dilectione proximi: Diliges proximum &c. Addit adhortationi argumentum ex debito, sumptum à noua reuelatione uerbi, quā luci comparat. Ex ea metaphora ducit argumentum. Ea sunt agenda quæ in luce decent.

C A P. XIII.

**H**ortatur tolerare imbecilles in fide, & eos paulatim erigere, ut fiant firmiores. Hortatur & infirmos, ne temere iudicēt de firmioribus. Propositio. Infirmum in fide adiuuate, ne relinquatur ambiguus. Ad expositionem propositiōnis pertinet. Vnusquisq; in sua, sententiā certus sit. id est, nihil facendum ambigua conscientia. Nam



DISPOSITIO ORA.

cum dubitas, utrum Deo placeat id quod suscipis, & suscipis tamen, id certe est contemnere Deum. In eandē sententiā in fine addit  $\gamma\epsilon\omicron\sigma\mu.\nu\gamma$ , Omne quod non est ex fide, peccatum est.

CAP. XV.

**I**nitio conclusionem proximæ adhortationis continet. Addit rationem ab exemplo: Sicut Christus tulit nostra errata, sic nos fratrum imbecillitatem seramus. Amplificatio. Quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut spem habeamus per consolationem scripturarum. Consulto uidetur in fine adieciisse hanc sententiam, ut admoneret nos de dignitate ministerij Verbi, ut sciremus non esse alias illuminationes requirēdas, sed hoc uerbo, quod scriptum extat, erigendas mentes, & consolandas esse. Vere igitur ad nos pertinere statuamus huiusmodi promissiones in scriptura. Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te &c.

Additus est & epilogus, qui colligit Euangeliū ad Iudæos ac Gentes pertinere. Fuit enim et hæc controversiæ pars, ut supra apparet, utrum Euangeliū pertineat ad hos qui legem non obseruant. Et citantur hic testimonia, de uocatione Gentium. Deinceps adscribit quædam de suo officio. Monet etiam, ne recipiant doctrinam repugnantem huic sue doctrine.

Et indicat, qua arte mali doctores fucum faciant, nempe per *ἡσυχασίας* & *ὁμιλίας* Greci uocant *ἡσυχασίας* blandos sermones, ut sunt benigne pollicentium, & assentatorum, *ἑυλογία* uocant probabilia, quæ non temere dicuntur, sed habent rationes in speciem ueri similes, sicut solet impia doctrina rationis argumenta plausibilia colligere.

Ita geminis artibus fallunt impij doctores, assentantur cupiditatibus populi, ut olim monachi pollicebantur diuitias cultoribus Annæ, Promittebāt cœlum induentibus cucullum, & nūc Anabaptistæ in specie humilitatis se commendant uulgo, damnāt omnes Magistratus, omnia publica iura, omnem doctrinam. Hæc cum natura uulgus oderit, magnum momentum adferunt ad impediendos animos. Sed altera ars imponit etiā prudentioribus, quod adferunt erudite cogitata, quæ non abhorrent à iudicio rationis, ut cum docent, quod opera nostra satisfaciunt pro peccatis, quod iusticia Dei, nihil sit nisi hæc simulum operum simulatio. Hæc defenduntur argumentis in ratione natis. Sed nos sequamur Pauli admonitionem, & nulla dogmata recipiamus contra scripturam. Nam in iudicio Dei non potest humana mens consistere sine uerbo Dei. Christus exuscitet corda nostra, ut uere agnoscamus ipsum, & dissipet Ecclesias redigat in concordiam piam & perpetuam.

A M E N.

D. MARTI

NI LYTHERI ENARRATIO

IN LXXXII. PSALMVM.

Vincentius Obsopœus Lectori.

Perlege, ne spernas quòd scripserit ista Lutherus

Vindex doctrinæ maximus ille sacrae.

Perlege diuini doctissima scripta Lutheri,

Est aliquid quod te forte iuuare potest.

Si nunquam temere censes scripsisse Lutherum,

Hæc tibi præ cunctis scripta legenda putes.

Si quem libertas est offensura libelli,

Lactucam his labris cogitet esse parem.

## CLARISSIM

MO VIRO, DOMINO GEOR

gio Voglero, Illustrissimi Principis Georgij

Marchionis Brandenburgensis &amp;c. Can

cellario, Mæcenati suo summo,

Vincentius Obsopæus Sal.



VM iuxta commune vulgi  
 prouerbium, & consultor  
 res sacra sit, & uobis iam  
 in isto Imperiali conuentu  
 de rebus grauissimis totius  
 reipublicæ Christianæ pro  
 posita sit deliberatio, ita

ut optimis quibusq; consultoribus uobis uehemen-  
 ter opus sit, consentaneum esse opinor, ut cum cu-  
 pide & attente audiatis, qui salutare aliquod consi-  
 lium uobis pollicetur. Et quanquam negare nõ pos-  
 sim in tanta celeberrimorum hominum frequentia  
 non deesse suos cõsultores Principibus, tamen quia  
 omnis sapientia & consiliorum ratio à Deo magi-  
 stro & omnis sapientiæ fonte solum proficiscitur,  
 fit sæpe, ut qui in externis rebus sunt ingenio soler-  
 tissimo & perspicacissimo, illi in internis, hoc est,

EPISTOLA NVN̄

sacris & spiritualibus statuendis & deliberandis  
 nullius sint intelligentiæ, sed prorsus hallucinentur  
 & cæcutiant. Neq; enim multum conuenit hu-  
 manæ sapientiæ cum diuina: & pauci sunt q̄i in utra-  
 que iuxta excellunt. Melius ergo de rebus ciuili-  
 bus iudicabit, ciuiliū negociorum usu detritus: de  
 sacris docebit & monebit rectius, qui sacrorū pe-  
 ritus fuerit: optime de utrisq; cōsulet, qui in utrisq;  
 simul eminet plurimum. Sed quia pauci in utraque  
 inueniuntur, ut dictum est, eximij, præstat in rebus  
 omnibus peculiare adhibere consiliarios. Nec eni-  
 m̄ quàm esse opinor, tantum arroganter sibi sume-  
 re, ut de ijs rebus consulere audeat, quarum usum  
 & cognitionem ante nullam consequutus est. Ea mi-  
 hi causa fuit, cur hosce duos libellos, quorum alte-  
 rum clariss. uir, D. Martinus Lutherus, unicū Ger-  
 manie nostræ decus & ornamentum ad principes,  
 alterum ad Episcopos, & reliquum Ecclesiasticorū  
 ordinē, scripsit, Latinos facerem, ut si in tan-  
 ta peregrinorum hominū multitudine fortasse non  
 nulli futuri essent, qui linguam nobis uernaculam  
 non callerent, saltem hac me a translaticuncula sapi-  
 entissimi uiri saluberrima consilia intelligerent. Ut  
 autem multis horum libellorum utilitatem & ge-  
 nium prædicem, nihil necesse est. Neq; enim eius mo-  
 di merx est, quæ aut suspensa hædera, aut uocali ab-  
 quo

quo præcone opus habeat. Res ipsa indicabit. Tantum faxit Christus, ut tam principes quam Episcopi adeo fideliter sui memores sint officij, quam ille & animo hoc ipsum suadet, monet, & consulit, ut ab omnibus malis affectibus purgati, tandē uel seroque Dei sunt cogitare incipiant. Cæterum hos libellos, Georgi ornatissime, tuo nomini dedicare uolui, cum quòd ampliter & magnifice de me meritis es, tum quòd erga pietatem miro & sollicito affectus sis animo. Aliena donare me non inficior, sed nec eius uersura me pudet & pœnitet, quando hic nihil mihi arrogo, nisi fortasse illud, quòd ij libelli Romana toga induti, bene germane sonantes mea opera male Latine loquantur, cuius rei causa modicam mihi author habebit gratiam. Sed cum ob rerum mearū angustia nihil proprij quod tibi dem in promptu habeam, interim aliena largiendo liberalis ero, donec per fortunulas meas proprijs muneribus te demereri potero. Quod restat, unicū illud meum uotum est, ut Christi gratia utriusq; ordinis principes ac proceres illuminati, hunc nostræ Germaniæ consultorem sapientissimū, nempe M. Lutherum libenter audient, eius monitis pareant, omnes in Ecclesia dissensiones componant, omnia scandala è medio moueant, & in summa ad res Christiane salutares deliberant.

EPIST. NVNCVPAT:

das animū applicent. Hoc uero ut fiat, uos qui principibus estis à consilijs, operā dare oportet, ne idē de uestris consilijs conquerantur homines, quod de sua etatis conuentibus conquestus est Iohannes Nazianzenus summus ille Græcorum theologus, ita scribens in Epistolis ad Procopium, cur autem non Græce eius uerba subiicerem cum et uera sint et pauca, et nimum elegantia: ἔχω μὲν οὕτως εἰπεῖν τὰ λακτικὰ γράφειν. ὥστε πάντα σύλλογῳ φεύγειν ἐπισκόπων. ὅτι μηδ' ἑμίας συνόδου τέλος εἶδον χειρόν, μηδὲ λύσιν κακῶν μᾶλλον ἐχρημάς, ἢ πρὸς θίκλω. Hoc est, ita affectus sum, si uerum scribendum est, ut omnem Episcoporum conuentum fugiam. Nullius enim synodi finem bonū uidi, quo non magis mala sublata quam aucta essent: hæc ille. Quibus equidē uerbis strictum et docte indicat, quantum tribuendum et fidendum sit Concilijs. Mussat idem profecto Germania tot actis et collectis hæctenus Concilijs, sed semper re infecta nequicquid dissipatis. Hoc ergo ne in eandem contumeliam incidatis, uobis cauendum est. Georgio Marchioni Brandenburgensi etc. Principi nostro illustrissimo et clementissimo, nos etiam atque etiam commendabis. Vale uir ornatissime, et nostri ac fratris memor esto. Ex Onoltz pachio, Idibus Iunijs, Anno M. D. XXX.

91

# PRÆFA=

TIO MARTINI LVTHE=

ri in Psalmum LXXXII.



Aucis ab hinc annis quādo  
Romani Pontifices, Episco-  
pi, Sacerdotes ac Monachi  
eam in orbe tyrannidē obti-  
nebant, ut minimis etiā ex-  
cōmunicationis literis eius  
modi necessitatē regibus  
atq; principibus poterant imponere, ut eosdem ne-  
mine reluctante aut repugnante, quo uellent adige-  
rent. Imò cum id temporis maximū quiq; reges &  
præpotentes Principes nulli Monachorum aut Sa-  
cerdotum, quamlibet uilis tandem is fuerat homin-  
tio, auderent uel tantillum iniuriæ obijcere, etiam  
super omnia hæc pati cogebantur, ut eorum asino-  
rum unius aliquis uel barbarissimus magna linguæ li-  
bertate ac petulantia reges & principes pro con-  
tionibus auderet contumeliose ledere, proq; animi  
sui effrata libidine ijsdem tantum non oppedere.  
Interim tamen horum criminationes, quas concio-  
nando in magnates euomebant, Euangelij prædica-



## P R A E F A T I O.

tionis titulo cohonestandæ erant, aduersus quas ne  
 gry quidē nemo mutire audebat. Adeo funditus re-  
 ligiosorum gygantum & tyrannorū potestati ma-  
 gistratus erat subiectus, ut propemodum ab adeo  
 crassis et nihili homuntionibus pedibus calcaretur.  
 Tantum unius illius canonis, Siquis suadente diabo-  
 lo, minæ ualebant ac fulmina. Adhæc nemo intelli-  
 gebat, quid magistratus esset, tum quanto discrimi-  
 ne à religiosorum ordine atq; regimine foret sepa-  
 ratus. Et hoc accidebat ut magistratus ac principes  
 nullam ulciscendi rationem religiosos haberent, ni-  
 si q; iisdem extreme insensi erant, de iisdē probro-  
 se loquerētur, aut ubi poterāt clandestinis eos pete-  
 bant iniurijs, aut alijs eadē facientibus conuiebat.

Iam uero, posteaquàm Euangelium in apertum  
 prolatum est, significantissime indicans quid inter  
 mundanum siue secularem ( ut uocant ) & Ecclesi-  
 asticum statum sit discriminis, adhæc quoq; docens  
 externum magistratum Dei ordinationem esse, cui  
 reuerenter parere debent omnes homines, iterum  
 letari cœperunt, quod in libertatē per Euangelium  
 asserti sint, quodq; Ecclesiastici Nerones & Phala-  
 rides cogantur obmutescere. Ac planè huius fabu-  
 le ludus & actio in contrarium uertitur, ut uicissim  
 id ætatis Papa, Episcopi, Sacerdotes & Monachi,  
 principes & magnates, neq; non equestris ordinis

homines nobiles reformidare & honorare cogantur, eosdemq; muneribus demereri & reuereri & colere, ac firmè tanquàm Deos suos supplicibus uotis adorare. Hoc uero adeo titillat nostros principes, ut penè ignorent etiam, qua potissimum animi libidine atq; ferocia tali gratia & libertate abutantur. Interim tamen nihil secus omnibus modis insectantur Euangelium, cuius auctoritate & adminiculo eiusmodi religiosorum Dij ac domini facti sunt, hoc prætèxtu uidelicet, quasi religiosorum statum ac ordinem tueri ac propugnare uelint. Sed ò miseram propugnationè, quæ religiosis tanto paranda est, ut nihil non acerbitatis sentiant, tametsi non iniuria hoc illis contingat.

Præterea, ut Euangelio adhuc cumulatiores referant gratias, in posterum ferre recusant, ut idem eorum flagitia & nefariam libidinem reprehendant. Etenim nouum quiddam commenti sunt, affirmantes eum à quo uitiorum suorum obiurgentur nouis rebus studere, rebellareq; magistratibus à Deo ordinatis, eorūq; famæ & existimationi detrudere. Ita ut quandoquidem à religiosorum phalarismo liberati sint, neq; ab illis amplius reprehendi queant, etiam ab Euangelio (per quod libertatè consequuti sunt) immunes esse nec quicquàm reprehèdi uolūt. Ac demum eò summa ope nituntur, ut nemine ob-

stante aut obiurgante, citra ullius metum & reuerentiam, adhuc iactabundi quicquid libuerit faciāt, ut ipsi præclarum illud mortalium genus fiant, cuius mentionem beatus Petrus Apostolus in secunda Epistolarum suarū capite tertio facit, sic inquiring, fore ut ueniant in extremis diebus illutores, qui iuxta proprias concupiscentias ambulabunt, id quod iam à nostris principibus potētissime fieri uidemus.

Eiusmodi Iunckerlini, hoc est, fastuosi principes & nobiles Sybaritæ etiam in populo erant Iudaico, ueluti hic octogesimus secundus Psalmus abunde ei rei documento est. Qui & ipsi pro sua dignitate & dominatione stabilienda illud Mosi dictum, quod est Exodi cap. 22. usurpabant, ubi magistratus & iudices Deos uocat, iubens in ambiguis controuersijs utriusq; causam ad Deos (hoc est ad iudices) referri. Hunc inquam Mosi locum suis uitijs aduersus prædicatores & prophetas prætexebant, nullam obiurgationem ferre uolentes, uerum horū prædicationi & correptioni reluctantes, his uerbis eos comprimebāt, tu uero nos doccebis? An ignoras à Mose nos Deos uocari? Seditioinum concitandarum author es, aduersus Dei ordinationē loqueris, famamq; nostram maledico dente carpis ac laceras. Quin potius nos audi, et à nobis magistris discce, teq; nobis obiurgandum exhibe, ac digito la  
bellum

bellum compeſce, aut in ardentem rogam conijcie-  
 ris, pari modo quemadmodū ijdem loquuntur Pſal-  
 mo 12. Labia noſtra nobiſcū, quis Dominus nobis?  
 Et Pſal. 10. Juſtus quid faciet nobis? Et Pſalmus 4.  
 Quis oſtendet nobis melius? Quasi uelint dicere,  
 nullius magiſterium patimur, nullius reprehensionem  
 ferre dignamur, nos Dij ſumus, nobis auſcul-  
 tandum ac parendum eſt.

Aduerſus tales principes hic Pſalmus à  
 Dauide compoſitus eſt, ſic inquit.

Deus aſtat in congregatione  
 Dei, in medio Deorū iudicabit.

**N**on inficiatur illos Deos eſſe, ſed planè id-  
 ipſum confirmat, nolens ſeditionis crimen  
 incurrere, neq; illorum amplitudinem aut  
 poteſtatem conatur imminuere, quemadmodum ij  
 faciunt, qui nouis rebus ſtudento tranquillitatis ſta-  
 tum labefactare ſolent, aut quemadmodum inſani  
 & ſucati ſancti & heretici & phanatici ſpermo-  
 logi conſueuerunt. Sed recto ordine eorundem &  
 Dei poteſtatē diſcriminat, permittit hoc ut Dij ſint  
 hominibus, ſed eorum diuinitati ipſum Deum Opt-  
 Max. ſubiectum eſſe, id uero indignum exiſtimat

facinus. Vt hic sit horum uerborū sensus, uos Deos esse super nos omnes planè confitemur, uerum super omnium nostrum Deum uos Deos esse negamus. Siquidem Deus, qui diuinitatis titulo uos donauit, haud dubie se exceptum esse uoluit, neq; suam diuinitatem cum uestra permixtam esse patitur. Neque ideo uos Deos esse permittit, quasi ipse ab omni diuinitatis potētia excidisset, sed uult Deus super omnes Deos esse, & omnium Deorum iudex perpetuus.

Ceterum Moses ea ex causa principes Deos uocet, quòd omnia magistratuū officia à minimis usq; ad maxima à Deo ordinata sint, sicut Paulus hoc ipsum ad Roma. 13. docet. Et rex Iosaphat quarto libro regnorum ad praefectos suos ita inquit, Videte ut recte iudicetis, quia iudicium Dei est. Cum ergo magistratus non humana uolūtate aut instituto constitutus sit, uerum ipse Deus Opt. Max. omnes omnium potestates ac principatus ordinat ac tuetur, & ubi ille non amplius tuetur, ibi omnis potestas pessum it funditus, tametsi omnes homines ad unum tuerentur ac defenderent, non iniuria magistratus res diuina, seu diuina ordinatio, & qui huic administrandae praesunt, merito diuini seu Dei uocantur, praecipue uero ubi praeter eiusdem constitutionem etiam Dei uerbum & mandatū accefferit. Quem admodum in populo Israelitico sacerdotes, reges, ac prius

ac principes uiuo Dei uerbo creabantur.

Ex quibus omnibus haud obscure perspiciamus, quanto cultu & reuerentia Deus magistratus nobis colendos & uenerandos proposuerit, ut illis tanquam praefectis suis non secus atq; ipsi in omni metu ac reuerentia pareamus. Quis enim tam impie audax & rebellis his reluctari audebit, aut etiam eos contemnere, quos Deus ipse suo nomine dignatus est, ac Deos nominat, quibusq; suae dignitatis tribuit insignia, adeo ut is qui hos habuerit contemptui, rebellis habeatur: aut qui his repugnauerit, pariter etiam uero & summo Deo repugnet, qui in illis est, quiq; per eos loquitur & iudicat, illorumq; iudicium, suum uocat iudicium. Quid uero hac sua rebellionem eiusmodi homines lucri consequantur, Paulus ad Roman. 13. significanter indicat. Et hoc ipsum quotidianum experimentum abunde indicat. Et haec omnia ideo scripta sunt, quo Deus pacem inter homines conciliet ac conseruet ipsorum quidem emolumentum gratia. Velut hoc idem Paulus ad Romanos eodem testatur capite, inquit, Dei minister est tibi in bonum. Vbi enim nullus Magistratus non est, aut debito honore fraudatus, ibi neque ulla pax esse potest: ubi nulla pax consistit, ibi nec ullas opes esse posse certum est. Neq; quicquam praeter alterius iniuria, uolentia, furacitate, rapina, ui & nefarijs

IN PSAL. LXXXII.

Sceleribus commode uiuere poterit, aut tuto retis-  
nere aliquid. Multo uero minus ibi uerbo Dei do-  
cendo & exercendo, & pueris in timore Dei edu-  
candis & instituendis locus relinquetur. Cum er-  
go Deus mundum nolit habere cultoribus desertum  
& uacuum, sed in hoc eundem condidit, ut homi-  
num incolarum freuentia plenus sit, qui terrā co-  
lant & numerosa sobole subinde impleāt, sicut Ge-  
nes. primo memoriae proditum est. Et hæc omnia  
fieri nequeant ubi nulla pacis trāquillitas consistit,  
necessario ut omnium rerū creator cogitur, suam  
ipsius creaturam, opus & ordinationem conserva-  
re sedulo, ita ut Magistratus constituat, & hinc  
gladium ac legum executionem credat ac cōmittat,  
ut omnes eos qui parere grauantur, supplicio affi-  
ciant ac puniāt, ut eos qui Dei ordinationi resistūt,  
neq; uita digni habendi sunt.

Contra uero quemadmodum ex hac parte uul-  
gi seditionē atq; tumultum cauit ac cohibet, ideoq;  
populi multitudinem gladio & legibus subijcit, ita  
quoq; ex altera parte cauit præcepitq; Magistra-  
tibus, ne tanta dominatione atq; potentia ad libidi-  
nem suam abutantur, sed ad pacem stabiliendā, cui  
ius gratia etiam unice constituti sunt. Hoc eo usq;  
intelligendum est, quod nullam facultatem aut co-  
piam uulgo unquam fecerit Magistratibus resisten-  
di, aut

di, aut gladium aduersus eos usurpandi, ut ij qui Magistratus punire uelint aut iudicare. Hoc uero omnino uulgo interdictum est, neq; eam puniendi aut iudicandi potestatem Deus unquam illi tradidit, quapropter subditorum non est, ut ipsi suas ultum eant iniurias, aut iudicis partes sibi uendicent, aut uim faciant. Verum Deus ipse improbos Magistratus punire ac plecti induxit in animum, iisdemq; leges atq; iudicia rogare & condere. Ipse horum iudex & magister esse desyderat, quos certius inuenturus est, & ad poenam luendam extracturus, quam ullus mortalium. Quomodo hoc ipsum ians inde à conditi mundi initio sepiissime Deum fecisse compertum est.

Et hoc est, quod primus uersus hic loquitur, Deus astat in congregatione Dei, in medio Deorum iudicabit. Quod perinde dictum est, nemo unquam conetur temere Deos iudicare aut reprehendere, aut illorum magister esse, sed quiescat, pacemq; colat, & si qua iniuriose obiecta fuerint, patienter perferat. Rursus neq; Deorum sit feroces esse, & ferri libidine, neq; enim ita Dij sunt in populo, & in Ecclesia principes, quasi soli essent, qui quodlibet sibi statim licere existimarēt. Non ita fieri debet, sed Deus ipse etiam praesto est, qui horum iudex, reprehensor & magister esse contendit. Et si non obedi-



IN PSAL. LXXXII.

erint, eius iracundiam & poenam non effugient. Stat in cōgregatione siue Ecclesia sua, nam & congregatio sua est. Rursus, Deos iudicat, nam Dei estiam magistratus est. Cum autem utriq; & Magistratus & congregatio Dei sint, merito utrorumq; & curam & tutelam suscipit, uolens hac in re ab utrisq; & coli et metui. Vt ita Ecclesia Magistratus sit obediens propter Deum, contra Magistratus quoq; pacem tueatur propter Deum, ut hæc uita nostra ita eleganter in timore & obedientia Dei instituta sit. Vtra uero pars suo officio non satisfacerit aut responderit, sed si Ecclesia inobediens fuerit, et principes insolētes atq; intolerabiles, utriq; mortis supplicio coram Deo puniendi sunt: Ecclesia quidem per Magistratū, Magistratus uero Deo iudice poenam persoluet, qui detrahit potentes de sedibus, eorumq; famam ac memoriam euellit radicitus, quemadmodum exempla multifariam hoc uerisimum esse indicant.

Hoc loco notandum est, omnes congregationes siue Ecclesias, Dei congregationes dici, ut quæ Dei sint propria, quarumq; tuendarum ac prouehendarum curam ut proprii operis suscipit, ueluti Ionæ primo, etiam Niniue ciuitatē Dei appellat. Omnes enim cōgregationes ipse creauit, & creat, atq; etiamnum congregat, alit, auget, benedicit & conseruat.

seruat. Quibus sustentandis largitur agros, prata,  
 pecora, aquam, aërem, Solem & Lunam, breuiter  
 quicquid possident, atq; etiam huius uitæ usuram et  
 corpus, ut Genesis primo literis proditum est. Quid  
 enim nos & uniuersus orbis possidemus, quod non  
 citra intermissionem ab illius liberalitate & munifi-  
 centia haberemus? Et quanquam hæc ipsa nos quo-  
 tidiana docet experientia, certis tamen uerbis illi  
 quoq; eadem dicenda sunt, aperteq; confitendum &  
 iactandum, Ecclesias suas esse. Siquidem bis stulta,  
 & sapiens ratio, unà cum omnibus huius mundi sa-  
 pientibus ignorat planissime, congregationem ali-  
 quam siue Ecclesiam Dei esse creaturam & ordina-  
 tionem. Verum non aliter cogitat, quam quod teme-  
 re & præter spem factum sit, quod ad hunc modum  
 populus aliquis in una mœnia conueniens coalue-  
 rit, & unà consuetudinem agitet, non secus atque  
 parricidæ, prædones, atq; alij id genus homines sa-  
 cinorosi (qui congregationes sunt diaboli) congre-  
 gantur, ac pacem & Dei ordinationem turbent la-  
 befactentq;. Solum uero credentes, quibus de re-  
 rum creatione articulus Genesis primo perspectus  
 est, credunt talia, tametsi ægre admodum. Neque  
 parum multi ex illis nunquam ea de re tales cogita-  
 tiones suscipiunt, aut ita loquuntur. Atque Dauidi  
 hoc obscurum non fuit, ubi Psal. 23. sic inquit, Do-

mini est terra & plenitudo eius, orbis terrarū, & habitantes in ea. Quoniam ipse super maria fundauit eam, & super flumina stabiluit eam. Et huius filio Salomoni idem fuit cognitū sic affirmanti Psalmo 120. Nisi Dominus edificauerit domum, in uanum laborauerunt qui edificant eam: nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilant qui custodiunt eam. Quid uero rerum cœlestiū intelligerent Cosmographi, cum ista non intelligant, in quibus quotidie uersantur & uictitant.

Itaq; cum eiusmodi congregationes opera Dei esse certum sit, quippe quas quotidie creat, alit, & multiplicat, ut alent familiam, & liberis procreant, & educandisq; dent operam &c. primum quidem hoc uerbum magnæ consolationis loco est omnibus ijs, qui in tali congregatione semet sedentes inuenierint. Siquidem de uoluntate Dei certi sunt, quod Deus illorum curam agat, ut sui operis pro illis sollicitus sit, illos custodiat & nutriat, quemadmodū id ipsum coram quotidie ipso opere edocti cernimus. Quis enim uaccam aut minimū saltem teruentium siue obolum seruaret, nisi Deus pro sua munificencia daret, iuuaret, & custodiret? Et hoc ipso quisq; sibi monendus & excitandus erat, quo memior & gratus esset ob tantæ tamq; præclaræ libertatis consequutionē, ut hoc esset facilius & ad obediendum

diendum, & ea omnia faciendum propensior, quæ-  
 cunque sibi à Magistratibus suis præcepta fuerint,  
 planeq; illi letandum foret, quòd dignus esset habi-  
 tus qui in tali congregatione panem ederet & ui-  
 tam transigeret. Hoc enim uerbi, Cōgregatio Dei  
 præclarum & præciosum uerbū est, & qui se hac  
 conclusum inuenerit, decies pluris aestimare debe-  
 ret, quàm quòd Romana ciuitate donatus esset, quæ  
 quondā in terris res erat ampla & magnifica. Ver-  
 rum enim uero hæc nihili facit ratio.

Deinde idem uerbum terribilem quoq; commina-  
 tionem improbis & insolentibus Dijs, siue Magi-  
 stratibus exhibet. Hic enim audiunt, se non imperiū  
 tenere in ligna & lapides, neq; in porcos aut ca-  
 nes (de quibus Deus nihil præcepit) sed super con-  
 gregationē Dei constitutos esse: estq; illis ipsis so-  
 licite timendum, se aduersus ipsum Deum grauiter  
 delinquere, si quid erga communionem hallucinan-  
 tes deliquerint. Neque enim ita ipsorum congrega-  
 tiones sunt propriae, atq; porci & canes, quorum  
 possessionem Deus ipsis fecit propriam. Verū ipse  
 quoq; in ea est & esse contendit, uolens ut sua uo-  
 cetur congregatio, ita ut ex utraq; parte omnia in  
 timore & obedientia Dei fiant & administrantur,  
 ut subditi in Deum coniectos habeant oculos, inq;  
 illius gratiam non grauate pareant. Magistratus

quoq; pariratione Deum inconniuenter intueatur,  
inq; illius gratiam, æquitatem & pacem defendat.

Præcipue uero hic mutuus timor & humilitas æterna quadam uicisitudine cõstare deberet in Christianorum congregatione, quæ non solum Verbo Genesis primo, fundata & creata est, sed quæ super hæc omnia singulari Verbo Dei confirmata & ordinata est. Vcluti populi Israelitici congregationes fuisse constat, quæ per Moſen multifariam confirmata, & præ omnibus alijs electa & segregata fuerant. De quibus hic Psalmus peculiariter loquitur, nominans eas præ cæteris omnibus congregationes Dei, utpote quæ ipsius hereditas, possessio, regnum, & Sacerdotiũ in omnibus prophetis nominantur. Quanquã in iisdem congregationibus Dei, pessimi quicq; & furiosissimi Dij, deterrimiq; & insolentissimi, seditiosissimiq; homines degabant, quibus improbitate & nefarijs sceleribus pares in terris non reperiebãtur alij, quemadmodũ hic Psal. abunde hoc cõfirmat, & testatur historia.

Non dissimiliter etiam in Nouo Testamento nostri sunt Magistratus, quorum omnium potestates, præter Verbum quod habetur Genesis primo, etiã per Christum de integro præcipuis uerbis confirmatae sunt, ubi inquit Matth. 22. Date Cæsari quæ sunt Cæsaris. Et in prima Epistola Petri, capite 2.

Subditi

Subditi estote cuius humane creature. Et ad Rom.  
 13. Omnis anima potestatibus supereminētibus sub-  
 dita sit. Atq; eiusmodi multo plures sententiæ, adeo  
 ut in posterum hic Psalmus æque nostros Magistra-  
 tus atq; Iudeos perstringat. Quemadmodū omnis  
 reliqua ueteris testamenti scriptura nobis in poste-  
 rum non minus quàm Iudeis est tradita. Quapro-  
 pter etiam in nostris congregationibus tãto impen-  
 sius eiusmodi metus & reuerentia uigere deberēt.  
 Verum apud nos quoque idem manebit rerum te-  
 nor, qui apud Iudeos, & quemadmodum hic Psal-  
 mus canit, qui nihil boni de Dijs eorundemq; uirtu-  
 tibus memorat.

Ceterum ut tam insolentibus Dijs, adeoq; sero-  
 cientibus cristæ & elatæ ceruices coërcita iactan-  
 tia & ferocia deprimerentur, putantibus à nemine  
 se esse reprehendendos aut iudicandos, aut eundē  
 qui talia ausus fuerit, seditiosum dicendum esse, hoc  
 loco certa quedam meta præfigitur, eatenus con-  
 cessa libertate, quatenus & quousq; reprehenden-  
 di sint, nimirum ut eos ipsos libere & interrite ob-  
 iurgare liceat, & audacter inuadere, adhæc duris  
 & atrocibus cōminationibus deterrere, ueluti hoc  
 Psalmo fieri uidemus, quo dicitur, Deus astat in con-  
 gregatione Dei, & in medio Deorum iudicat, hoc  
 est, reprehendit, obiurgat, & punit eos. Etenim

superiorem potestatem, eosdemq; iudicandi auctoritatem obtinet, neque ideo eos ipsos diuinitate insignes facit Deos constituendo, ut propterea irritam fieri aut haberi uelit suam diuinitatem, illisq; pro sua libidine quidlibet faciendi copiam facere, aut permittere, sed uult eos suo Verbo subiectos esse, quod illis audiendum est, aut hoc neglecto omnes infortunij acerbitates incurrere & perferre. Satis superq; est quod alioqui omnibus praesunt imperio, uerum Dei Verbo imperare non debent. Siquidem Dei Verbum ut Dij efficiantur solū in causa est, omnia illorū subijciens imperio. Quare eidem dominari non debent, quod ipsorum diuinitatis fundator & auctor est, sed huic dicto audientes esse, atque permittere, ut per hoc delinquentes reprehendantur, iudicentur, doceantur & moneantur.

Verum enim uero quæret aliquis, ubi autem Deus est? aut unde certiores reddimur Deū hunc ipsum esse, qui maledicit & reprehendit? Respondeo, Audis utiq; eum in congregatione astare. Iam ubicunque gentium eius est congregatio, ibi querendus tibi & inueniendus est. Ibi enim suos sacerdotes & prædicatores constituit, quibus hoc officij delegauit & credidit, ut diligenter doceant, amice moneant, acerbè obiurgent, consolabiliter deiectos autē

eos animos leuent & erigant, & in summa Verbum  
 Dei sedulo exerceant. Iam ubicunq; Verbi di-  
 uini tractatio committitur, ibi simul etiam obiur-  
 gandi & reprehendendi officium erigitur. Sed enim  
 quo pacto Verbi diuini predicatio in uniuerso mun-  
 do ac locis omnibus demandata sit, non est presen-  
 tis instituti indicare aut discutere. Opinor enim Ec-  
 clesiam & suggestus coram uideri oculis, quæ in uni-  
 uersum omnia hoc nituntur fundamento, quod est  
 Matth. capite uigesimo octauo, Euntes in mundum  
 uniuersum, docete omnes gentes, seruare omnia  
 quæcunq; præcepi uobis. Atq; utinam tantum fi-  
 deles essent homines, quibus hoc delegatum est offi-  
 cium, quiq; sincere & fideliter idem obeuntes admi-  
 nistrarent, ac non ita functione omnium præclaris-  
 sima & amplissima turpiter abuterentur. Verum  
 abusus non subuertit officium, quod per se bonum  
 est, sicut Magistratus officium iustum & bonum per-  
 manet, tamen si eius administratio in nebulonem et-  
 tiam deterrimum deriuata sit, flagitiosissime ea di-  
 gnitate abutentem.

Hic tamen aduerte animum, cuiusmodi predicato-  
 ri per quem Deus Deos solet arguere, in Ecclesia,  
 siue congregatione standum esse. Stare debet, hoc  
 est constans & confidens esse, intrepide magnoq;  
 animo aduersus illos agere. Et in congregatione,



hoc est, pro palam & manifeste nimirum corā Deo  
 & hominibus. Quare duo impediuntur uitia, unū  
 infidelitas siue incuria. Per multi enim hodie pas-  
 sim inueniuntur prædicatores et Episcopi, hoc præ-  
 dicationis munere fungentes, sed non stant, neque  
 Deo in hoc diligenter & fideliter seruiunt, uerum  
 iacent, aut alioqui iocos in re seria exercent. Eius-  
 generis id ætatis sunt illi desides & inutiles præ-  
 dicatores, qui huius mundi principibus ipsorum ui-  
 tia & malefacta non indicant, nonnulli idco quod  
 harum rerum nullam curam suscipiant. Tales in  
 prædicandi officio suæ fidei commissio & tradito,  
 supine stertunt, nihil facientes aliud quod ad offi-  
 cium pertinet, quam quod perinde atq; porci cum  
 locum occupent, in quem aliās boni & uigilantes  
 prædicatores surrogandi forent. Et horum est tur-  
 ba propemodum innumerabilis. Nonnulli uero ad  
 assentionem eruditi, ad gratiam loquentes prin-  
 cipibus, gnatonice assentando malos Deos in fla-  
 gitijs & libidine sua fortificant, nempe eos qui iam  
 furiose tumultuantur & debacchātur aduersus Eu-  
 uangelium, ad innocentem eadem & Verbi Dei  
 blasphemiam suos principes omnibus modis irrita-  
 tes & prouocantes. Alij etiam uitæ suæ timentes,  
 solliciti sunt ne de rebus & fortunis omnibus in pe-  
 riculum ueniant. Hi omnes & horū similes nequidē  
 quānt

quàm stant, neq; Christo fidos ministros exhibent.  
 Alterum uitium uocatur detractio. Horum enim  
 hominum ex æquo & prædicatorum & profano-  
 rum iam mundus atque adeo omnes quaquauersum  
 anguli sunt referuissimi, quibus unice studio est, suis  
 Dijs, hoc est, Principibus & Dominis passim ca-  
 lumniose detrabere, scurriliter maledicere, eorum  
 demq; uitam atque actiones probrosis dictis impe-  
 tere. Verum hoc ipsum non solent facere in pro-  
 patulo, sed in angulis apud suæ farinae factiosos ho-  
 mines. Atqui hac clandestina detrahendi maledicen-  
 tia nihil agitur, quàm quòd res mala et perdita sub  
 inde prior redditur, neque aliò omnia ista spectant  
 & seruiunt, quàm quòd occultum conflatur incen-  
 dium, quo ad rebellionem, seditionem, tumultum,  
 Magistratuumq; contemptum homines prouocan-  
 tur. Verù, si es in officio constitutus, neq; uis Deos  
 tuos coram, & in faciem (ueluti officij tui partes  
 exigunt) reprehendere, fac ut etiam occulta detra-  
 hendi, calumniandi, iudicandi, reprehendendi, &  
 querulandi maledicentia & libertate supersedeas,  
 aut ab eas in malam rem Sycophanta pessime. Aut si  
 uersaris extra prædicandi officium, tum ab omniù  
 & obiurgandi & iudicandi petulantia, clamq; pa-  
 lamq; iuxta te reprimas, aut iam mancipatus dia-  
 bolo offensionem Dei incurristi. Dei enim solius est

occulte iudicare, quod nullo presente officio Matthei septimo nobis interdixit, hoc ab illis qui sunt in officio, & ad hoc uocati requirens, ut propalam & libere suos Deos flagitiorum obturgent, eosq; aperte iudicent.

Eamq; ob rem hoc loco primus uersiculus sic loquitur, ipse in medio Deorum iudicat. Iudex est, & Deos reprehendit, uerum hoc ut iudex facit, cui ista facienda ex officio commissa sunt. Neque illud facit ut detractor & uiligator clancularius, nempe in angulis apud sui ordinis factiosos homines, uerum in medio Deorum: audeat enim illis in faciem obistere. Non dicit Propheta, detractor est, aut quadruplator, sed iudex inter Deos est. Atque hoc accurate & memoriter tibi notandum est, nam cum Magnatum & Principum uita in excelfo sita sit, eorum errata, lapsus, & uitia omnes homines audiunt & uident potissimum. Cumq; omnibus sint notissimi, uix aliud est eque communius inter mortales uitium, quam male loqui Principibus. Et hoc nemo non facit libentissime, interim enim quisque suorum uitiorum obliuiscitur. Et quanquam alioqui omnibus uirtutibus Principes essent præditi, unum tamen aliquod uitium aut lapsum, ueluti festucam perspicerent, cum ipsi contra meris trabibus, hoc est, omni uitiorum sentina sint obrui, festucam

flucam tamen præ omnibus uirtutibus intuentur, trahem uero in profundissima illa uitiorum Camerina nequaquam,

Proinde primus hic uersiculus tantum præstat, nullo modo seditiosum esse, Magistratus ac Princeps obiurgare, si catenus sit quatenus hic traditum est, nempe ut fiat diuino & iniuncto prædicatoribus officio, & Verbo Dei pro contionibus propagandam, confidenter, & libere. Estq; planè rara & præclara uirtus, nec minus illustris ac singularis & magnus Dei cultus, ut hic Psalmus testatur. Hoc multo impensius seditiosum estimari possit, si aliquis prædicatorum Principum uitia non reprehenderet. Hoc enim pacto exasperat multitudinem, eidem ad mala & impatientiam author existens, tyrannorie uero maliciam & facinora praua corroborat, quorum omnium semet facit participem. Præter hæc, ipsum quoq; Deum ad iracundiam exacerbare possit, ut nostri puniendi gratia uarijs & funestis seditionibus nos inuolueret. Alioqui ubi Magnates æque atq; uulgus reprehenduntur, & uulgus perinde ut Magnates corripitur (quemadmodum Prophetæ factitabant) ibi neutra pars nihil quicquam alteri potest obijcere, sed simul utrinq; ferenda, & in bonâ partem obiurgatio accipienda est, adeo ut quieti esse cogantur.

Siquidem illi uirulenti sunt & periculosi predicatorum, qui unam tantum partem sibi reprehendendam proponunt. Petulanter inuehuntur in magnates ac dominos, ut uulgi animos sibi concilient, & rusticis loquantur ad gratiam, id quod Muntzerus fecit et Carolstadius, & alij nunc Schuuyrmeri, hoc est, Spermologi faciunt. Aut contra, solam obiurgant multitudinem, ut principibus adulentur, iisdemq; ad gratiam seruiant, qui mos nostris est aduersarijs. Verum hoc non fit ex equo & bono, sed utraq; pars iuxta obiurganda est. Nam predicandi officium nequaquam aulico mancipio aut seruo rustico assimilandum est, sed Dei seruum ac ministrum agit, cuius mandatū tam dominos quam seruos perstringit, ueluti hic Psalmus loquitur, iudicat & reprehendit Deos. Et hoc quoq; innuit hæc uocula iudicet, scilicet iure & iudicio, non fauore aut odio, sed equitate, hoc est, Verbo Dei, quod nullum discrimen aut personarum respectum nouit.

Vsquequo iudicabitis iniquitatem, & facies impiorum suscipietis.

Sela.

Tres sequentes uersiculos, imò totum Psalmum potius quisq; principum in suo thalamo, in lecto, in mensa, adhæc in ipsis quoque uestimentis descriptum

ptum atq; depictum quotidie deberet lustrare ocu-  
 lis. In his enim uno quasi fasce comprehensas inue-  
 niunt, quas quamq; excelsas & principe dignas, ad-  
 de etiam vere nobiles uirtutes eorum possit exer-  
 cere officium. Ita ut prorsus post predicandi fun-  
 ctionem, Magistratus summum Dei cultum & uti-  
 lissimum in terris officium esse constet. Quae res  
 merito principibus cōsolationi esse deberet, eosq;  
 non mediocriter inflammare atq; accendere, ut sui  
 status conditionem alacri animo amplecterentur,  
 easq; in illa uirtutes exercerent. Qua enim ampli-  
 ori laude celebrari possunt, quam quod Deorū uo-  
 cabulo & auctoritate cohonestentur. Tum quod  
 eorundem status opera & uirtutes non tantum he-  
 roicæ & regiae, atq; etiam non tantum angelicæ, sed  
 etiam diuinæ uirtutes esse dicantur. Iam contra, il-  
 lud quoque hic haud obscure perspiciunt, quam im-  
 pia, quam non digna principe, imò potius quam ab  
 omni humanitate aliena, & prorsus diabolica uia-  
 tia & nefaria scelera ipsi perpetrent, quamq; om-  
 nium sunt in terris homines perniciosissimi, si post-  
 habito officio relictisq; uirtutibus diuersum operan-  
 tur: ita ut iure optimo non Dij, sed diaboli uocari  
 queant, quales profecto sunt, tametsi in Deorum  
 officio constituti sint, & horum titulum nequic-  
 quam usurpent.

Iam uero singillatim ac particulatim difficiamus, quantas & cuiusmodi uirtutes ipsi exercere possint. Prima est, piorum hominū iustitiam in uiam propulsando & coercendo impios, ueluti inquit, Usquequo iudicabitis iniquitatē, & facies impiorum suscipietis? Quis autem sando enumerare ualet, quam multiplices & præclaræ uirtutes atq; utilitates, ex prima hac unica uirtute pullulare & oriri possint. Vbicunque enim Verbum Dei defensum & propugnatum fuerit, ut libera sit discendi & docendi copia, neq; sectis aut factionibus & falsis doctrinis ullus locus quietis et trāquillitatis permittitur, aut pij & Dei metuētes prædicatores impugnati non fuerint, qui maior thesaurus aut pretiosior ibi esse possit? Nam Deum eo in loco tanq̄ in templo proprio habitare persuasissimū habeo. Non parum multi reges et principes sumptuosissimis impensis ampla & magnifica delubra fundarunt, templaq; extruxerunt. Et quanquam etiamnū magnorū regum aliquis per facultates suas possit templum solido auro aut meris Smaragdis, alijsq; preciosis unionibus & lapillis extruere, quāti momenti omnes eiusmodi res preciosissimas pio, probō, & sincero prædicatori aut parrocho collatas censendas esse existimat? Ille enim multis animarū millibus auxilio esse potest, tam in præsentī, quam futuro

futuro seculo. Nam per Verbi diuini tractationem  
 & ministerium eosdem ad Deum potest adducere,  
 hominesq; promptos & rerum peritia tam diuina  
 quam prophanarum instructos reddere, Deo  
 obsequibiles & honorificos, præterea seruiendis,  
 & commodandis alijs utiles & appositos. Delu-  
 brum uero aut templum nullum hominem ita ador-  
 nare, sed ne tantillum quidem opis asferre, sed eo-  
 dem loco exstructum astat, semet ornandum & ex-  
 colendum alijs exhibens.

Ceterum quis ille est? aut ubi tales inueniuntur  
 oculi, qui hæc in magnatibus aut principibus uir-  
 tutes perspiceret? Nullo asceticæ formæ fucō splen-  
 det aut nitet, estq; planè in speciem minimi res pre-  
 cij, egenum aliquem & uitæ sanctimonia probati-  
 prædicatorem alere, aut ab impiorum iniuria & in-  
 sectatione defendere. Porrò templum multo mar-  
 more uisendum, quadratoq; lapide spectabile con-  
 dere, idemq; multis aureis donarijs locupletare,  
 atque ita mortuis lignis atq; lapidibus seruire, hoc  
 uero opus est quod nitet, quod splendet, atque  
 adeo quod magnis & regijs uirtutibus est absolu-  
 tissimum. Sanè uero sine ut ista niteant & splende-  
 ant, interim tamè obscurus ille & rubiginosus Ver-  
 bi diuini minister eas uirtutes operatur, quibus re-  
 gnum Dei auget & amplificat, cælum sanctorum



frequentia implet, orcu uastat & depopulatur, diabolum dissipat, morti impedimento est, peccata coercet, postea uero saluberrimis praeceptis atque doctrinis mundum informat & consolationibus erigit, unumquemque in suo statu & ordine, seruat pacem & concordiam, iuuentutem Verbo Dei imbuedo, & optimis disciplinis excolendo, recte eductare studet, ac omnijugas uirtutes plantat in populo. Et in summa, mundum prorsus nouum creat, neque miseram & transitoriam aedem extruit, sed paradisum omnibus modis amoenum atque perpetuum, in quo Deus ipse libenter habitat. Omnium horum operum bonus princeps haud difficulter semet possit facere participem, qui eiusmodi parrachum suis impensis alendum, & tutela tuendum curaret. Imo potius totum opus est, & fructus qui inde manant & producuntur perinde sunt, quasi ipse horum author extitisset, cum citra eius impensas & tutelam parrachus non possit consistere. Quocirca nulli montes aureis aut argenteis uenis dites & celebres uisula in patria huic thesauro conferendi sunt. Verum beatos oportet esse eos oculos, qui ista cognoscunt, atque etiam manus beatas necesse est, quae talia operari queunt.

Alter a uirtus est, ut miseris & calamitosis hominibus orphanis & uiduis patrocinentur in iudicio, eorumdemque

eorundemq; causas promoueat. Sed quis certo nu-  
 mero omnes uirtutes potest comprehendere ex hac  
 unica manantes & pullulantes? Hæc enim uirtus  
 omnia iusticiæ opera complectitur, ita ut princeps  
 aliquis aut Dominus, aut ciuitatis alicuius respubli-  
 ca optimis legibus & moribus fundata sit, & om-  
 nia certo ordine, descriptoq; iure comprehensa sint,  
 utq; legum executioni omnium ordinum homines  
 pareant, in omnibus negocijs, contractibus, arti-  
 ficijs, seruitijs, causis & operibus æquitati obe-  
 diatur, ne populus sine lege dicatur. Vbi enim nul-  
 la iura sunt aut leges, ibi omnibus modis premun-  
 tur pauperes, orphani, & uiduæ. Ibi nullus tam ui-  
 lis conditionis inuenitur rusticus, qui nouas exac-  
 tiones non inuenire possit. Ac tandē emendo, uen-  
 dendo, hereditando, mutuum dando, soluendo &  
 similibus non aliter agitur, quam qui alteri nouerit  
 egregie uerba dare, ut ita rapiendo, furando, de-  
 trahendo semper proximum compilet. His uero  
 iniurijs omnium maxime tantum petuntur egeni,  
 cuiusmodi sunt orphani & uiduæ. Iam quis expu-  
 tare potest, cuiusmodi hæc sint cleemosynæ opera,  
 quæ probus princeps aut Dominus citra intermissi-  
 onem operatur? Hac enim ratione nutrit non saltē  
 parrochum (de quo supra dictū est) sed quotquot  
 suæ ditioni subiectos habet ciues aut subditos: po-

testis; non iniuria omnium pater dici, ueluti olim gentes quoque eiusmodi probos principes, patres patrie & seruatores nominare non dubitarunt.

Iam uero uide cuiusmodi ptochodochium talis princeps possit extruere, ad cuius extruentionem neque lignis neque lapidibus, neque architectis, nullo census aut uectigalibus opus haberet? Equidem ptochodochium extruere, & miserorum hominum egestatem subleuare, præclarum ac preciosum opus esse non negamus. Verum si in tantam magnitudinem excreuerit, ut huius ope, & adminiculo tota alicuius principis ditio, potissimum uero qui uere sunt egesti & pauperes subleuantur, tum profecto commune & rectum & principe dignum, imò potius cœleste & diuinum dicendum ptochodochium. Illius enim ptochodochij beneficio per pauci funguntur, ac non raro nebulones improbi, mendicorum titulo. Huius uero ptochodochij liberalitas & munificentia in uere pauperes deriuatur, quod genus sunt uidue, pueruli orbatu parentibus, peregrini, & alij omnium auxilio destituti. Adde his, quod unicuique mortalium suum, siue diues is fuerit siue pauper, suam rem familiarē, suas fortunulas & uictum tuetur, ne ad mendicitatem aut egestatem omnibus per uim amissis redigatur. Nisi enim leges seruatæ fuerint, nemo ab alterius iniuria aliqua tueri possit, sed mi

sed mutuis compilationibus omnes ad egestatem re-  
 ducti, funditus cōcideremus periremusq;. Et quot  
 quot illorum sunt, qui mendici non sunt aut erūt, tot  
 princeps alii in hoc ptochodochio. Est enim eiusdē  
 operis & uirtutis et elemosynæ, si cui fertur auxiliū  
 quo minus ad egestatē recidat, quā si cui benigne  
 et officiose subministratur, q̄ iam mēdicus factus est.

Vide uero quem esse posse existimares, qui tales  
 in Deorū statu uirtutes uideret aut obseruaret? Ni-  
 hil prae se ferunt ista splendoris aut nitoris, propte-  
 rea nullus etiam momenti aestimantur. Ceterum si  
 quis, aut si qua, principū ptochodochiū semel ingre-  
 deretur, ibiq; ministraret pauperibus, eorundemq;  
 pedes ablueret & c. quemadmodū S. Elizabetham  
 fecisse perhibent, & id etatis etiamnū in Italia non  
 nulli magnates & scēminæ primariæ factitare con-  
 sueuerūt, imane quātum hoc opus esset, quā uero  
 insigne & splendidum, quod omnium oculos in se  
 conuerteret, quod omnium laudibus illustrandum,  
 ceterisq; uirtutibus uniuersis anteferendum esset.  
 Et profecto perinde ut magnū & illustre opus lau-  
 dandum foret, supra tamē humanam uirtutem non  
 extollendum. Quāti uero momenti huic diuinæ uir-  
 tuti collatum habendum est, ubi princeps indesti-  
 nenter multo maiora praeat officia omnibus qui  
 ad egestatis terminos reducti sunt, aut adhuc redigi-

possint? Atqui huius uirtutis aut operis nullus laudator existit, siquidem nemo est qui illa nosceret aut horum rationem haberet. Quapropter Ethnicis quoque iusticiam adeo pulchram uirtutem esse affirmant, ut huius pulchritudinem neque sol, neque luna, neque lucifer equare possit aut assequi.

Atque ut summam perstringam quod sentio, post Euangelij predicandi officium, nullum in terris preciosius extat κειμήλιον, non thesaurus amplior aut locupletior, non munificentior eleemosyna, nulla cumulatior est censu fundatio, nulla res praeclarior, quam Magistratus qui leges seruat, ac iura describit. Et quod in eius administratione uersantur, illi iure optimo Diis uocantur: adeo magnas uirtutes, utilitates, fructus et bona opera Deus in hunc statum contulit. Neque enim de nihilo Deorum nomine ac titulo eos nobilitare dignatus est, neque uult hunc statum seu ordinem principum segnem, ociosum, iacentem et stertentem esse statum, in quo tantum honores ac dignitates, potestates ac uoluptates et deliciae, aut priuata comoda et libido quaerenda essent, sed uult eundem magnis, innumeris et ineffabilibus bonis operibus esse refertissimum, ut sint cum illo principes, diuinæ maiestatis participes, ipsique diuinis et superhumanis faciendis operibus sint auxilio.

Tertia Principum uirtus est, tutari subditos ac defendere, ne quis manus uolenter nobis offerat, hoc est, prestare, ut pacate & tranquille uiuamus. Ad hunc modum ipsi Cæsares suum officium in duas partes diuiserunt, dicentes, Cæsare aut principem non tam armis quam legibus instructum esse debere. Quapropter ipsorum quoque imagines ita depinguntur in paginis, ut librum & gladium in manibus teneant, uolentes innuere ut & pacis & legum tuendarum studium et curam habeant. Ius est sapientia quæ harum duarum prima esse debet, siquidem ui regnare sine sapientia non est durabile. Præterea aureis coronis redimitti sunt, ut intelligerent se à Deo, Deos esse constitutos, & non uel per huius status sublimitatem surrogatos, ut eius coadiutores essent.

Iam quis huius tertiæ quoque uirtutis omnes commoditates & fructus possit numerando perstringere? Prius uero omnia commoda pacis, & belli aut discordiæ dispendia colligenda forent. Quis autem tantis eloquentiæ uiribus præcellit, aut ea ingenij acrimonia præditus est, qui tantum sibi sumeret, ut utrunque pro dignitate explicare uelit, ac numero comprehendere? Nam ea omnia, ad quæ pacis tempora seruire uidentur, horum Deorum opera nobis deus suppeditat. Et quodcumque infelicitatis aut dispendij nobis afferre

potest discordia, id omne deus præcauet, horum Deorum gubernatione & consilio. iam uero uigente pace quid non habemus? equidem eius beneficio, uita, uxore, ac liberis, fruimur, domum nostram saluis rebus incolimus, imò etiam omnia membra, pedes, manus, oculos, salua possidemus, ualetudinis prosperitate dulciq; libertatis, ocio quieti fungimur, septimuro pacis in aurem, quod aiunt, utramuis ociosi dormimus. Nec multum discrepat à regni cœlestis fœlicitate uita nostra quæ pace firmata est. Nunc contra uide, tametsi Turcarum opulentiâ instructus esses, neq; tamē pacate quiesceres, sed undiq; bellorum atq; discordiæ cinctus esses periculis, ex tanta rerum copia non tantum capere possis cōmodi, ut uel buccella panis cum uoluptate & gaudio, aut saltem aquæ haustu tranquille frui possis. Verum semper animo suspenso anxius esses, sollicitus ac imminentium periculorum metuens, etiamsi res optime caderet: sin secus, tum præter cades, incendia, rapinæ, & deuastationes neq; nō omnis generis rerum ac mortis discrimina, nihil aliud tibi expectandum est, ita ut bellū aut discordia merito orcus reputari possit, aut inferarum ærumnarum principium.

Porro autem pax illud tibi præstare potest, ut aridi etiam panis bolus tam gratus sit palato tuo, quàm solet esse zaccarū, utq; gelidæ aquæ haustu te

stus te bibentem, perinde delectet atq; uina Lesbida. Sed quid ego uacors & ineptus nequicq; conor pacis comoda & belli discrimina atq; dispēdia numerādo colligere? Eadem opera maris arenas, aut in syluis frondes & gramina numerare possim. Christus ipse Matth. 5. pacem regno celorum cōparat, inq̄s, pacificos filios Dei uocādos esse. Sed enī Dei filij in hunc mundum non pertinent, quēadmodū, nec pax in hoc mundo locum certū obtinet. Tam uide, omnes eiusmodi uirtutes in hoc principum statu cumulatim sunt repositæ, hæ tamen cernuntur à nēmine, neq; enim quicq; siccitati nitoris aut splendoris obtinent. Neq; enim præ bonitatis magnitudine nitere possunt. Verum enim uero illa euantida et nihili opera nitent, omnū oculos in se conuertentia.

Cogor enim uero hoc loco Monachorum & sacerdotum mentionem facere, qui hanc sibi falso instantiam & gloriam arrogant, quasi suis impurissimis & prophanis ceremonijs coelū gestarent humeris, suntq; haud dubie ille inusitatae magnitudinis cætus (quem uulgus Hildeprandum uocat) cuius unius caudæ, ut affirmāt rustici, totus mundus innititur. Quid enim illi omnes ad unum constati & horum principum saltē uni collati esse possint, in tali officio à Deo instituto, strenue et uigilāter uersanti? Melius ei sunt catelli, q̄ in plumis ac culcitrīs fistulāt.



posterioribus. Aut ne nimium reuerendis patribus de dignitate sua detraham, opinor eos tantum prodesse orbi, quantum rubigo utilitatis ferro adportat: quantum enim rubigo architecto præstat comodi armis suis adherescens, tantum illi fructus et utilitatis in mundo, aut in hoc diuino ope afferunt. Quin potius optimos quosque ex illorum numero seligam, quales fuerunt Heremita, nempe S. Hilario & Hiero. et si quæ fuerint alij quæ magnam sanctitatis opinionem sua solitudine consecuti sunt. Quod si mihi daretur optio et permutatio, malim in hoc statu potius fidelis scriba quispiam, aut præfectus esse non improbus apud horum Decorum aliquem, quam apud illos duplex Hilarion aut Hieronymus esse inter angelos. Nam tamen si mei calami aut calculi coram mundo non tantum splendoris aut estimationis obtinebunt, quantum illorum canities aut rugosa cutis, non multum moror, dummodo tanquam harum trium diuinarum uirtutum, de quibus dictum est, particeps inuenier.

Iam uero uide, quam Cæsaream aut potius celestem arcem eiusmodi princeps ædificare possit subditos suos defendendo. Equidem præclare fieri atque adeo necessarium esse non inficiamur, aduersus uim et impetum & incursionem hostilem ciuitates munitas & arces firmas habere, adhuc optimis armis ceterisque bello usui futuris instructos esse. Verum hæc omnia nihili facienda sunt, si conferatur ad principem pacis

amantem & studiosum tranquillitatis atq; concordie inter suos consistentis. Nam hoc ipsum Romani quoq; omnium quondam in terris bellicosissimi perhibet, bellum citra necessitatē suscipere, perinde esse ac aureo hamo piscari, cuius abrupti damnum nulla captura pensari possit. Aut si aliquid attraheret, impenensas tamen lucro ampliores esse. Non est quod nimirum aude belli aut inchoandi occasiones expetamus, aut ultro etiā accersamus, quod sua sponte non raro iusto citius uenire consuevit. Quin potius pacē quamdiu poterimus sectemur (quae alioqui nostro uitio parum perdurabilis est) etiamsi omnibus numis, quos administrando bello insumeremus, aut eodem lucri faceremus, nobis mercāda foret. Nunquā enim ulla quamlibet scilicet uictoria id quod bello amittitur pensare potest.

Cernis ergo Deorum, hoc est, principū has tres esse uirtutes praecipuas & planē cardinales, quae his tribus uersiculis memorantur, quarum unaquaq; singillatim uniuersum mundum felicissimo copiae cornu & salute implere potest. Primus uersiculus primam uirtutem requirit, ut Dij, siue magnates, seu principes praeter omnibus rebus Dei Verbum reuerenter habeant, eiusdemq; doctores omnibus modis tueantur ac puehāt, inquit, vsquequo iudicabitis iniquitatem, & facies impiorū suscipietis? Impij et errorum doctrinarū authores nunquā non coram mundo

et ratione magnam estimationem auctoritatēq; ob  
tinent, neq; inepte semet cum magnatibus tum  
multitudini insinuare nouerunt, ut suorum errorū  
uenenum et contagionē latissime serpentina probe  
constabulant, dilatentq;. Nam quemadmodū Paul-  
inquit cap. 6. ad Gal. Cum nihil spei aut fiduciæ in  
Deo fixum habeāt, necessum est apud omnes hoies  
spem et fiduciam suam queritēt. Hoc ipsum hic uer-  
siculum facies suscipere, aut personæ respectū habe-  
re uocat, ubi doctrina nō amore ueritatis, sed in per-  
sonæ gratiam eligitur, quod uitiū etiam diuus Iudas  
Apostolus in sua Epistola carpi in impijs.

Secundus uersiculus secundam uirtutem docet.  
ut optimas leges sanciant, easdemq; tueantur, ut ha-  
rum adminiculo pauperes, calamitosi, orphani ac  
uidue à uolentia iniuriāq; defendantur, suiq; iuris  
fiant compotes, sua iusta obtinētes, ne sycophantijs  
et iniuria τῶν ἑποδύκτων causa cogantur  
cadere, sic inquit.

III Iudicate pauperem & orpha-  
num, inopē & ægenū iustificate.

Quod autem adeo proprie et notabiliter inq;  
iudicandos esse pauperes, innuit, esse quidem iudic-  
ces atq; iudicia, uerum fauore et studio amicitijs,  
odioq; et uindictæ cupidine ferē semper pronuncia-  
ri sententiam, ita ut sepe eius causa iusta cognosca-  
tur, licet sit iniustissima.

Tertia

Tertia uirtus tertio docetur uersiculo, ut ppul-  
sent à miseris iniuriam, omnemq; uim ac uolentiã  
coherceat, in malos ac facinorosos animaduertant,  
gladij acie atq; sæuitia strenue utētes aduersus im-  
probos, ut consuet pax in repub. Sic autem inquit.

Eripite pauperem & mendic- IIII  
cum, de manu impiorum libera  
te eum.

Superiori uersiculo iudicium nominat, in hoc  
manum, ut indicaret supra de iniuria, hoc loco se lo-  
qui de uolentia, nam his duobus iam passim oppri-  
muntur imbelles & pauperes. Quemadmodū uul-  
gus Germanorum dicit. Er thut mir gualt und  
unrecht. Hoc est, uim et iniuriam mihi facit. Iniuria  
ore fit pronuntiataq; iudicij sententia. Vis uero ma-  
nu & temeritate. Hæc utraq; principi & subditis  
propulsanda sunt.

Iam hi tres sunt uersiculi, omnes uirtutes princî-  
pum complectentes, quæ merito dici possunt heroi-  
cæ. Quæ ideo in Hercule, Hectore et Achil. alijsq;  
heroibus ita dictæ sunt, neq; nō celebrate, quod illi  
magnas & memorabiles strages, & cædes passim  
in pugnis ediderint, multos perimendo, suamq; ani-  
mi magnitudinem in bellis fortiter ac nauiter testati  
sunt, quod ego nō admodum improbo. Atqui hic tu  
oculos aperi, eumq; uirum intuere, q horū Deorum

Unus est improborū hoīum iniuria ac uolētiae di-  
 dēs esse obstaculo, (nā de priori uirtute nēpe uerbo  
 Dei tuendo iā tacebo) hoīes nefarios & flagitiosos  
 nebulones cōpescendo, bonosq; & miseros ab omni  
 iniuria defendendo, ac optimos mores & pacē per-  
 ditionem suam propugnando. Eiusmodi heros non  
 unum perimit p̄sternitq; Achillē aut Hectorem, aut  
 alios inuictae uirtutis gygantes & heroes, sed multo  
 immaniores & fortiores Cyclopas deuincit, nimirum  
 oēs diabolos cū omni uitiorū suorum lerna extirpat  
 radicitus. Et hic profecto animū nouem annos equā  
 tem esse necesse est, et fidē omnīū fidem excedentē.  
 Atq; ut horum uersiculorum explicationem conclu-  
 damus, tali uiro ab his tribus diuinis officijs atq; no-  
 minibus, auxiliandi, alendi, & defendendi, hęc tria  
 quoq; noīa imponenda essent, ut diceretur adiutor,  
 pater, ac defensor. Nam priore uirtute, qua uerbi di-  
 uini functionē diligenter pmouet, facit ut nō pauci  
 à peccatis & morte liberati salutē cōsequantur. Alte-  
 ra, qua leges & iura tuetur, omnes suos nutrit sub-  
 ditos, tanq̄ pater suos liberos. Nam sicut dictum est,  
 nisi saluis legibus, nemo quicq̄ p̄ alterius iniuria  
 tuto retinere possit. Tertia uirtute per quam à sub-  
 ditis uim propellit & iniuriam, deq; malis sumit sup-  
 plicium, defendens imbelles ac miseros, pacemq;  
 retinens

retinens, sit ut merito defensoris nobilitetur titulo,  
ac equitis gestet insignia.

Eiusmodi uirtutibus præditos esse oportebat principes, easdemq; diligenter exercere: Sed quid fit? quod in omni principum uita actioneq; planè diuersum cernitur, adeo ut tria sint uitia plusquam diabolica, quæ harum triû diuinarum uirtutû loco inter principes regnant potentissime. Mundus enim peruersus est, omnes quoq; dotes & munera demissa coelitus secû perueriës. Ita quoq; his diuinis agit officijs. Nã illi ipsi principes quorum intererat potissimû uerbû Dei promouere atq; prouehere, idem omnibus modis opprimût, prædicandû audiendûq; prohibêt, neq; nõ oî crudelitatis genere infectâtur acerrime, cuius loco falsos erroneos & pestiferos doctores cuiuspiam audientes, nullis nõ ornât officijs, nulla nõ tumulant munificentia, quemadmodum reges Iudæ & Israël pari modo fecisse legimus. Rex Achaz & eius uxor Iesabel octingentos pphetas Baal alebât, quorum loco omnes prophetas Dei electos agebant in exiliû, adeo ut uni quoq; Eliæ tutus suffugij locus in terra nõ relinqretur. Nõ secus quoq; hæctenus factum est, atq; etiamnum hodie fieri uidemus. Vniuersum mundum Monachis & Sacerdotibus plenissimum hæctenus ferre potuimus, eosq; omnibus liberalitatis & beneuolentiæ officijs prosequi, ac

principibus magnisq; proceribus diuitijs, opulentia  
 & potentia pares euehere. Sed enim unicū Iohā-  
 nem Hus, aut Leonardum Keyser tolerare non pote-  
 ramus. Estq; huius uersiculi sentētia uerissima quod  
 inique iudicent, hoc est, suo officio peruerse abutun-  
 tur, impiorum personas suscipientes, hoc est, im-  
 pijs sunt fauorabiles, pijs uero extreme infensi. Cæ-  
 terum quis etiam hoc enumerare ualeat, quā dete-  
 standa uitia designet, quā crudeliū damnorum au-  
 thor sit talis princeps aut dominus? qui sua uerbi di-  
 uini infectatione, tot animarum myriadas præcipi-  
 tat in exitium, priuās eas æterna beatitudine, ita ut  
 iure optimo nequaquā Deus, sed iustissime diabolus di-  
 ci possit: quippe qui nullo modo Deo cœlū aut para-  
 disum, sed demoniorum principi Beelzebub orcum  
 ædificat, eundemq; strenue implere studet. Quā ue-  
 ro leuia & nullius momenti peccata alicuius uiri aut  
 mulieris erga tã principis delicta æstimanda sunt.  
 Quid enim mali, fur, aut parricida, aut moechus po-  
 test facere, si huic comparatū fuerit, quod talis prin-  
 ceptus flagitiose designat? Et sanè hoc loco non aliter  
 agitur, atq; poëta ille indicat, Dat ueniam coruis ue-  
 xat censura columbas. Hoc est, à magnis et purpuratis  
 furibus, parui suspenduntur. A magnis parricidis  
 & latronibus, parui occiduntur. Nam quemadmo-  
 dum uulgo dicitur, Vir sapiens non mediocriter  
 potest

potest desipere, ita quoq; uir magnæ authoritatís atq; potentie, uitiũ mediocre aut modicum designare non potest. Quemadmodum uice uersa idem mediocris sapientiæ aut uirtutis authores esse non possunt, quãdo in tali rerum statu cõstituti sunt, in quo non nisi maxima quæq; facere debeant, siue ea bona sint siue mala. Iam quẽadmodũ in rebus humanis pio probocq; principe nihil potest esse præclarium, aut præstantius, ita nulla plaga impio principe potest esse perniciosior aut pestilentior.

Non aliter quoq; secundæ uirtutis exercitio inter principes agitur, tuendo leges & iudicia, miseris & orphanis opitulando, æquabile ius reddẽdo, quemadmodũ quotidianis experimentis, idemq; cõmuni omnium quærela abunde discimus. Cum primis uero hoc usuuenire uidemus in Germania, ubi princeps principi, nobilis nobili, ciuitati ciuitas impedimento est, ita ut si altera pars libenter iuste uelit agere, alterius tamen impedimento uotis cõposse non potest, cogiturq; uelit, uolit, iniusticiæ locũ concedere, adeo ut mera uiolentia, ferocia ac libido longe efferratissima regnet inter filios hominum, nõ secus ac si in Germania populus esset ἀνομος, qui nec legibus, neq; disciplina ciuili gubernaretur. Ac penè in omnibus officijs & ordinibus nihil discriminis relictum esse uidemus. Princeps uult equare



Cæsarem, sed idem non dedignatur etiam mercator  
rem & negociatorem agere. Simuliter Comes prin-  
cipem, comitem nobilis, nobilē ciuis, ciuem rusticus  
cupit excellere. Præterea seruus heri, ancilla domi-  
nae, discipulus magistri, partes sibi arrogat. Qui  
nis eā psonā sibi agendā desumit, quæ suo aīo pla-  
cuit, neq; aliter atq; sibi uisum est uiuit. Quid autē  
ex tam præpostera uiuendi ratione boni aut æquitatis  
ad miserā multitudinē deriuetur, uidemus utiq;  
Et quis tanto ingenij flumini præditus est, qui ea  
quoque uitia aut numerare, aut digne possit de-  
scribere?

Pari modo tertia quoq; uirtus à principibus strē-  
tue negligitur, qua debebant exclusis maleficijs mi-  
seros ab omni iniuria defendere. Nulla maleficijs &  
improbis hoībus pœna amplius est pposita, nulla di-  
sciplina, nullus metus, nulla reuerentia. Verū summa  
tam inter rusticos, quàm nobiles omnium uiciorū licē-  
tia & impunitas, summa libido & libertas qdlibet  
audendi, estq; planē res ad summū deducta, adeo ut  
si quis contra hæc uel dixerit, nō nisi deteriores red-  
dantur, pluraq; & maiora in contemptū & mole-  
stiam faciant. Vident enim scuntq; in tanta licentia  
omnia se impune facere, & nihil non inultum  
auferre.

Iamq; serè illud tempus imminet, cuius propheta Amos in suo uaticinio meminit, inquit, Malum tempus esse, quo etiam sapiens tacere cogatur. Nam si tanta licentia à quoquam reprehenditur, non gerunt se aliter, atq; si primum illis iudicatum sit, quo pacto tantam peccandi licentiam maiorem & deterriorem faciant. Qui uero hæc uita fieri possit peior aut deterior, cui emendandæ neq; loquendo neq; tacendo quicq; afferi potest auxiliij. Tacetur, in dies singulos peiores fiunt, si flagitiorum reprehenduntur, multo peiores fiunt. Demum in tanta peruersitate atq; malitia, quæ fieri possit ut nõ oibus modis pauperes & calamitosi homines indefensi opprimerentur? Et hæc omnia principum & magistratuû culpa eueniunt, qui ita coniuentes tantæ licentiæ & impunitati occasionẽ dederunt, adeo ut ei rei iã mederi nullo queant remedio, etiamsi maxime cuperent. Sed breui ueniet aliquis, qui hanc nostram omnis temeritatis & licentiæ libidinem acerbissime coercebit, autiorum nostrorum scabiem, etiam uulturinis aut leoninis unguibus fricaturus. Siquidẽ summe tẽpus est, iamq; nostra malitia & iniquitas omnem modum excedit, adeo ut funiculus nimium tensus, tandem rumpi cogatur. Precor ut Deus suis opem ferre dignetur. Amen.

IN PSAL. LXXXII.

Hoc loco circa horum trium uersiculorum explicationem illud in questionem uenit, quandoquidem præter alias uirtutes Deorum sit aut Magistratum, Verbum Dei, eiusdemq; præcones diligenter promouere, num quoq; idem debeant doctrinas Euangelio contrarias aut erroneas siue hæreses prohibere, deq; harum authoribus supplicium sumere, cū nemo ad fidem ui adigendus sit. Huic questioni ita respondendum est. Principio nonnulli hæretici sunt sediciosi, aperte docentes, nullum magistratum esse ferendum. Præterea nullum Christianorum in Magistratus administratione uersari posse. Item nihil propriarum rerum possidendū esse, sed relictis uxore & liberis, domum & familiam deserendas esse, aut oīa habenda cōmunia. Hi omnes omni profusus remoto dubio à Magistratibus puniendi sunt, ut potest qui aperte legibus resistant & Magistratibus, ueluti scriptum est Rom. 13. Neq; enim simplices sunt hæretici, uerum res novas molientes in Magistratus administrationem & ordinem semet ingerunt, alienum officium sibi arrogantes. Quemadmodum fur alienam rem inuadit, & latro alienum corpus iugulat, & mœchus alterius uxore constuprat, quæ oīa nullo modo Magistratus ferenda sunt. Deinde, si qui essent qui docerent cōtra nouum aliquem apertum fidei nostræ articulum, certissimis scripturarum testimonijs

Simonij confirmatum, inq; toto orbe ab omnibus  
 Christianis constanter receptum & creditum: cuius  
 modi sunt illi, qui pueris in fidei symbolo discen-  
 di proponuntur. Veluti si quis doceret aspiam Chri-  
 stum non esse Deum, sed purum hominem, perim-  
 de atq; alium prophetam, qua in opinione, Tur-  
 cae sunt & Anabaptistae: neq; hi ferendi sunt, sed  
 tanquam blasphematores manifestarij ultimo suppli-  
 cio puniendi. Neq; enim & hi simplicis saltem hæ-  
 reseos contagione implicati sunt, sed in diuinam ma-  
 iestatem aperte blasphemi & cõtumeliosi. iam pro-  
 fecto Magistratus officium esse quis negabit, blasphe-  
 matores manifestarios punire, ueluti puniuntur, qui  
 alioqui execrantur, scæde iurant, aut impie blasphe-  
 mi sunt, aut probrose maledici, aut contumeliosus immo-  
 desti, aut detractores improbi &c. Tales namq; do-  
 ctiores sua blasphemia nomen Dei dehonestant, pro-  
 ximiq; famam coram mundo infamem faciunt. Nõ  
 secus à Magistratu puniendi sunt etiam illi, quicunq;  
 docent Christum pro peccatis nostris non esse mor-  
 tuum, sed cuiq; pro delictis suis satisfaciendum es-  
 se. Nam & hæc aperta est blasphemia, & in Euan-  
 gelium contumelia, prorsusq; communi articulo cõ-  
 traria, ubi in fidei symbolo sic oramus: Credo remis-  
 sionem peccatorũ, & in Iesum Christum, qui cruci-  
 fixus & mortuus, ascendit &c. Præter hos, quicunq;

docuerit mortuorum resurrectionem uanam esse, ac uitam eternam & inferos esse fabulam, & similes fidei nostrae articulos commenta anilia esse affirmauerit, ueluti apud Iudeos Saducei, & ex philosophorum sectis Epicurei faciebant, quorum hodie quoque sapientibus permulti emergunt, idem confirmare non dubitantes.

Ad hunc enim modum nemo ad credendum quicquam compellitur, tantum à prauè & falsè docendo, & contumeliosè blasphemando retrahitur, qua ratione Deo & Christianis suam doctrinam & uerbum auferre nititur, & hæc omnia sub eorundem tutela, inque communi externarum rerum communione in Christianorum dispendium moliri & conari uelit. Quin potius eò abeat impia & nefaria somnia sua doctrinarum, ubi Christiani non sunt. Nam quemadmodum alius sæpius docui, cuiuscumque animus est in aliqua Republica cum alijs ciuibus uersandi & degendi, ille ciuitatis legibus pareat necesse est, operamque det, ne publica iura uerbis aut re uiolet, aut respuat, aut ex illa communione quantotius abeat. Ita legimus sanctos patres in Concilio Niceno fecisse, quamprimum illis audientibus Arrianorum dogma legi coeptum est, omnes unanimiter sibilabant, neque audire dignabantur, nullam tam impie doctrinæ confirmationem aut responsionem admittentes, uerum citra omnem disputationem

sputationem eius authores & assertores ueluti bla-  
 phematores manifestarios cōdemnabāt. Quinetiā  
 Moses in lege sua oēs in Deū blasphemos, atq; adeo  
 omnes erronearum doctrinarum authores iubet la-  
 pidibus obrui. Ita quoq; hic prolixis disputationi-  
 bus minime agendum censeo, uerum indicta causa  
 tam aperte blasphemī cōdemnandi sunt, ueluti Pau-  
 lus quoq; Tito praecepit: Hereticum hominem post  
 unam atq; alteram admonitionem deuitandum esse.  
 Timotheo quoq; superuacaneas uerborum pugnas  
 & disceptationes interdixit, & quibus nō alius fru-  
 ctus consequitur, quā quōd audientium animos  
 peruertunt. Siquidem eiusmodi communes totius  
 Christianismi articuli, iam ante satis auditi &  
 discussi sunt, neq; non asserti & conclusi, nimis  
 scripturae testimonijs & omnium Christiano-  
 rum assensu & approbatione confirmati, tot mi-  
 raculorum signis atq; prodigijs approbati, tan-  
 to martyrum sanguine obsecrati, omniumq; do-  
 ctorum scriptis & testimonijs propugnati, ut am-  
 plius nullo magistro aut propugnatore, seu curioso  
 inuestigatore opus habeant.

Tertio, si res ita caderet, Lutheranos & Pa-  
 pistas, ut uocant, in una parrochia, aut ditone dis-  
 fidere, ita ut alteri alteros super aliquot articu-  
 lis pro contionibus inuaderent, planeq; diuersa

docerent, utraq; parte scripturae testimonijs nisi  
 uolente, hanc profecto dissensionem lubens non  
 ferrem. Ac mei quidem Lutherani in tali pugna  
 deberent non grauate cedere & conticescere, si  
 animaduertent se non libenter audiri. Veluti Chri-  
 stus ipse Matthæi 10. docet: neq; permittere, ut  
 ad prædicandum adigerentur, sicut ipse facio. Neq;  
 enim difficulter aut grauate cedo & desino, ubi-  
 cunq; inuitos auditores esse persensero. Nam ad  
 ea quoq;, que hætenus prædicatio & scribendo  
 inuulgauimus, impulsim et coacti accessimus. Quod  
 si neutra pars nolit, aut potius officij gratia non pos-  
 sit alteri tacere & credere, tum ego Magistratum  
 suaserim, ut utriusq; causam & argumenta cogno-  
 scat, ac demum utra pars suam doctrinam scriptu-  
 re testimonijs certam ac planam facere nequiverit,  
 ei imponatur silentium. Veluti Constantinum Ma-  
 gnum fecisse memoriæ proditum, qui probo præfe-  
 cto seu præsidi suo hoc dabat negocij, ut Athanasi-  
 um & Arrium uicissim audiret, neq; non utriusq;  
 causam cognosceret. Neq; enim ex usu populi est,  
 tolerare, ut in una Parrochia discordantes doctri-  
 nae seminentur in populum, siquidem ex his demum  
 sectæ oriuntur, & factiones atq; dissensiones, odij,  
 inuidiæq; magna secum agmina trabentes, etiam in  
 externis negocijs.

Quarto, ubi uero nonnulli dissenserint in utrisque conuictis semet proscindentes eiusmodi articuloꝝ asserendorum aut reijciendorum gratia, quos utraq; pars confitetur nulla scripturæ autoritate, sed solo usu et consuetudine esse receptos, aut humanis traditionibus extra scripturam introductos, ueluti reliquosorum coronæ, aqua consecrata, herbæ benedictæ, horumq; similes articuli in Ecclesia non necessarij, quos neq; miraculis, neq; martyrum sanguine confirmatos esse constat. In his inquam frivolarum rerum dissensionibus nullæ prorsus altercationes pro contionibus tolerandæ sunt, sed utriq; parti ut quiescant imponendum silentium. Etenim quicquid scripturæ uerbis non adprobatur, eius gratia prædicatoribus coram populo nullo modo altercandum est, sed scriptura diligenter incutanda & exercenda est. Siquidem pax & charitas longo interuallo omnes cæremonias antecellit, ueluti ipse quoq; Paulus affirmat, pacem omnibus rebus antefarendam esse. Estq; prorsus nõ Christianum, sed impium, si pax & concordia postponantur cæremonijs. Quòd si neq; hac ratione componi & compeSCI possunt, tum ei parti os comprimatur, citra scripturæ testimonium cæremonias tanquam ad salutem consequendam necessarias asserenti, ac simplicium conscientias illaqueare student.



Ceterum quicquid à me de apertis & publicis prædicationibus dictum est, hoc multo impensius de occultis contionibus et clancularijs ceremonijs dictum uolo, quæ nullo modo ferendæ & tolerandæ sunt. Alioqui quis apud animum suum, quod uolet credat, si nolit audire Deum, audiat Diabolum. Porro, certos scripture articulos, & publice pro contionibus prædicandos, & domi priuatim familie legendos esse statuo. Nam his omnibus nemo ad credendum cogitur, uerum Ecclesie prospectum est, quo minus à pertinacibus illis & contumacibus doctorculis seducatur, adhæc prædicatoribus clancularijs suæ incerceptæ & subuersæ technæ & machine, qui neq; uocati neq; missi à quoquam sursum ac deorsum per domos cursitant, dolose & fraudulenter irrepentes, suæq; doctrinæ uenenum prius emittentes, quàm parochus aut Magistratus hoc subolsēcerit. Et hi sunt illi fures & latrones, de quibus Christus Iohan. 10. loquitur, qui in alienas parochias irrumpunt, inq; alienam messem non rogati, falcem mittunt, usurpantes officium, quod ipsis commissum non est, sed interdictum.

Et profecto cuiusuis cuius est, quotiescunq; in eiusmodi animarum furem aut latronem, hoc est, angularem prædicatorem inciderit, priusquàm eundem audierit aut docere permiserit, suo Magistratu

tui, aut parrocho indicare. Quod si faciendum  
neglexerit, sciat se tanquam immorigerum suo Ma-  
gistratus aduersus præstitum iurandum peccas-  
se, insuper ut sui parrochi contemptorem, cui ho-  
norem debet, contra Deum egisse, iamq; eius ma-  
li authorem extitisse, inq; noxa existentem unã  
cum prædicatore clanculario, furem & latronem  
factum est, sicut quinquagesimus Psalmus de ta-  
libus fugitiuis & occultis prædicatoribus loquitur.  
Impio aut dixit Deus: Quid tibi ut enarres statuta  
mea, & assumes fœdus meum super os tuum? Tu  
autem odisti disciplinam, & proiecisti uerba mea  
post te. Si uidisti furem, furem animarum intel-  
lige, de quibus Iohannis decimo, & complacuisti  
cum eo, & cum fornicatoribus, hoc est, cum su-  
perstitionis & Hæreticis, portio tua. Os tuum mi-  
sisti in malum, & lingua tua conuiget fraudem.  
Sedebis contra fratrem tuum, loqueris contra fi-  
lium matris tuæ &c.

Quod si statim iam inde ab initio Muntzero &  
Carolstadio tanta licëtia in alienas domos & Eccle-  
sias fraudulenter serpendi & rependi permissa nõ  
esset, ad quas à nemine missi uenerant, neq; à quoq;  
illum mandatum semet ingerēdi acceperāt, omnis  
hec miserrima tragœdia facile caueri potuisset.  
Quod aut ipsi quoq; Apostoli inuito alienas domos

IN PSAL. LXXXII.

intraſſe & prædicaffe leguntur, hoc iuſſi facie-  
 bant, erantq; ad hoc ordinati, uocati & miſi, ut in  
 omnibus locis adnunciaret Euangelium, ſicut Chri-  
 ſtus ipſe dicebat: Euntes in uniuerſum mundum,  
 prædicate Euangelium omni creature. Poſt uero  
 Apoſtolorum tempora, nemo idem Apoſtolicum  
 mandatum habuit, uerum cuiq; Epiſcoporum aut  
 parrochorum ſua Eccleſia deſtinata fuerat, quas  
 ideo Petrus 1. Petri 5. Cleros, hoc eſt, portiones no-  
 minat, quòd unicuiq; ſua populi pars commiſſa ſit.  
 quemadmodũ Paulus idem quoq; Tito ſcribit: qui-  
 pe in qua extra ſe nemo alienus ſine eius permiſſu  
 & uoluntate docendi munus ſibi ſumat, ſiue illud  
 fiat priuatim ſine publice: & ne quis temere talem  
 audire ſuſtineat, ſummo periculũ cauendum eſſe ſua  
 deo, uerũ eiufmodi latronis clancularias machinas  
 ſuo parrocho prodat aut Magiſtratui.

Uſq; adeo uero diligenter hoc cauendum & ſer-  
 uandum exiſtimo, ut neq; ullus quamlibet integri-  
 tate uitæ probatus & ſyncerus parrochus etiam in  
 alicuius Papiſticæ ſectæ aut Hæretici hominis Eccle-  
 ſia populo prædicare, aut clanculum docere debet,  
 citra illius aſſenſionem & uoluntatem, neq; enim il-  
 li hoc demandatum eſt. Porro, quicquid in mandatis  
 nobis datum non eſt, hoc intermittendum eſt. Satis  
 ſuperq; eſt quod agamus, ſi id quod fidei noſtræ cre-  
 ditum

ditum est, fecerimus. Et parum prodest quòd dicti-  
 tant, omnes Christianos sacerdotes esse. Non infi-  
 rior, omnes Christiani sacerdotes sunt, sed non om-  
 nes parrochi. Nam præterquàm quòd Christianus  
 aliquis & sacerdos est, peropus est, ut officiũ quoq;  
 delegatum habeat, & ecclesiastici muneris functio-  
 nem sibi creditam. Siquidem uocatio & officij obe-  
 undi mãdatum, parrochum & prædicatorem solet  
 constituere. Quemadmodũ fieri potest, ut aliquis ci-  
 uis, aut plebeius literarum peritus sit, sed non ideo  
 doctor est, aut in scholis docendi auctoritatem sum-  
 meret, aut docedi officium sibi arrogaret, nisi prius  
 ad hoc uocatus sit.

Et hæc quidẽ de occultis & clancularijs prædi-  
 catoribus memorãda duxi, quorũ iam immodica tur-  
 ba passim se in prædicandi officium ingerunt, om-  
 nes parrochos & Magistratus monendi gratia, ut  
 hosce diligenter obseruent & caueant, populumq;  
 serio admoneãt: præcipiantq;, ut eiusmodi erronei  
 & nebulones lucifugas omnibus modis deuentent,  
 auersentur, & fugiãt ueluti uerissimos Diaboli apo-  
 stolos: et nisi certissimis literis, hominumq; testimo-  
 nijs uocationẽ suã à Deo in hoc munus acceptam  
 probauerint, seq; in hanc aut illã parrochiam ad  
 prædicandũ missos ueris argumentis indicauerint,  
 nequaquã admittẽdi sunt, nec audiẽdi: tametsi purum

IN PSALM. LXXXII.

Euangelū pradicare uelint, aut meri angeli & Gaba-  
 brieles de coelo uenissent. Siquidē Deus nihil à quo  
 quàm quod propria electione aut deuotiōe susceptū  
 est, amplectitur, sed uult omnia suo iussu & uocati-  
 one fieri, cum primis uero pradicandi officiū. Sicut  
 Petrus inquit 2. Petri 1. Illud prius noueritis, nō  
 uoluntate hominis allatam esse olim prophetiam,  
 sed à Spiritu sancto impulsī, locuti sunt sancti Dei  
 hoies. Propterea neq; Christus spiritibus immūdtis  
 loquendi libertatē permittebat, quanq̄ filiū Dei ip-  
 sum proclamabāt, ac ueritatē loquebātur. Nolebat  
 enim eiusmodi pradicādi exempla sine uocatiōe cō-  
 cedere. Iā ergo quisq; sedulo cogitet, quod si pradi-  
 care aut docere animū induxerit, prius uocationem  
 suā planā faciat, et à quo missus id mādātū acceperit  
 indicet, quàm tantum adgrediatur officiū, aut quies-  
 scat et taceat. Sin tacere nolit, tum Magistratus eius-  
 modi nebulonē recto magistro cōpescendum obijci-  
 at, nempe Augustino. Atq; hoc tandē illi iure euen-  
 nit, ut qui certissime seditionem moliebatur, aliquid  
 monstri alens & parturiens in animo, quod libentē-  
 ter obstetricante populo peperisset.

Dem hen-  
 ger.

Dixerit fortasse hoc loco aliquis, ita mihi obijciē-  
 do, Cur ergo tu libris tuis in lucē editis in uniuerso  
 mundo doces, cū tantū VVittembergæ pradicator  
 sis? Respondeo, Quod ita doceo, equidē nunq̄ libe-  
 ter

ter feci, atq; etiā nū nō libēter hoc oneris suffēro. Ve  
 rū ad hoc officij sub initū uolēs nolēs aliorū coactū  
 adactus & impulsus sum, quādo sacræ Theologiæ  
 Doctor creabar. Atq; id ætatis, statim ut Doctor in  
 publico gymnasio, & Apostolici & Cæsarei mādā  
 ti autoritate incipiebā, quē admodū hoc ipsum Do  
 ctorē posturātū & delegatū docēdi officū decet,  
 corā oibus scripturam interpretari, & docere quos  
 libet. Quo in officio, posteaq; eo pertractus sum, ad  
 ministrando etiā hodie perdurare et uersari cogor,  
 à quo etiam nū salua cōscientia tergiuersari aut rece  
 dere possum, quanq̄ ob hoc ipsum Romanus Ponti  
 fex aut Cæsar omnibus dicit me deuoueat. Nā quod  
 illorū mādato et uocatiōe, ut Doctor inchoauit, in eo  
 profecto quoad uixero, mihi perseuerādū erit, neq;  
 ullo pacto in posterū tacere queo, aut à scribēdo &  
 docēdo desinere, ueluti nō inuitus uelim, ad quod et  
 scribēdi defatigatiōe et hoīm mirifica et intolerabi  
 li ingratiudie uehemēter prouocatus sum. Quanq̄  
 uero si theologici ordinis aut professionis Doctor  
 nō essem, attamē legitima ecclesia uocatiōe prædi  
 catorē me esse cōstat, qua autoritate meos scriptis  
 docere liquide potui. Iā si aliorū plures extra meā ec  
 clesiam scriptorū meorū fuere cupidi, meq; pro illis  
 cōmunicādis rogarūt, his denegare nō potui, nec de  
 bui. Hac enim ratione me nequaq; in munus docēdi

ingessi, aut inuitis me obtrusi, neq; ab ullo unquam  
 precibus postulauit aut contendi, ut mea legerent.  
 Quemadmodū alij quoq; probate uitae & syncerae  
 doctrinae parrochi & praedicatorum libellos scriptura  
 rarūt, quibus in toto mūdo passim docēt, neq; quous  
 quā ad suorum libellorū lectionem impellunt aut  
 adigunt, nec ita dolose serpunt & circumcursitat,  
 quemadmodum illi perditū erroneos solent facere,  
 in aliena officia sine parochorū uoluntate & per  
 missu semet ingerētes, sed certū habēt mandatū &  
 officiū, quibus ad praedicandū & scribendū adiguntur.  
 Quod si quis mihi adhuc pergit obijcere, tales  
 blasphematores non esse puniendos, sed dimittendos,  
 quandoquidem Iudaeos pateremur, qui non di  
 cendis modis, Christum & matrem eius, & omnes  
 sanctos blasphemarent, & doctrinis & sermoni  
 bus? Respondeo, Huius suae blasphemiae etiam poe  
 nam quotidie sufferunt, quod extra Christianorum  
 communionem maneant, neq; in ullius Magistratus  
 functionem ueniunt. Neq; eorum toleratur blasphe  
 mandi improbitas, si aperte coram hominibus in  
 Dei contumeliam erumperent: multo minus hoc ab  
 iisdem toleratur, si inter Christianos in manifesto  
 praedicandi officio, aut clam in angulis docendo,  
 idem conari uelint: quemadmodum hosce uenena  
 tissimos erroneos facere uidemus, qui sua blasphe  
 mia &

mia & contumelia nusquam uolunt credentium ani-  
 mos contaminare & inficere, quam inter eos, qui  
 baptizati & Christiani sunt. Adhuc non tanquam  
 Iudæi uiles & abiecti coram mundo esse sustinent,  
 sed omnium præstantissimi esse & dici contendunt.  
 Quod si eò proficiscerentur, aut ibi manerent, ubi  
 nulli Christiani habitarent, aut nemo illorum audi-  
 ret blasphemiam, ueluti Iudæi, tum permittendū es-  
 set, ut blasphemarent, suasq; nœnias plusquam con-  
 tumeliosas, montibus & syluis inani studio iacta-  
 rent, aut potius in abisso maris uspiam, aut in ar-  
 dente camino.

Præterea futurum est fortasse, ut aliquis nimium  
 sapiens uideri studens, ita mihi obijciat, me hac in-  
 stituitio tyrannos, qui insectantur Euangelium, pri-  
 mum recte in prosequendi proposito confirmare,  
 maioremq; seuiendi fenestram & ianuam aperire.  
 Nam cum Euangelium nostrum meram putent es-  
 se hæresim & blasphemiam, iam primum semet his  
 argumentis ornare se studebunt, dicturi, conscientia  
 & officio suo horsum se adigi, ut nos tanquam hæ-  
 reticos & in ueritatem blasphemiam supplicio affi-  
 ciant &c. Respondeo, Quid ego ista moror? Si  
 tyrannorum gratia necessarie instructiones nobis  
 intermittendæ essent, iam dudum totius Euangelij  
 tractatio mihi posthabenda fuisset. Si iuste egerint,



habebunt actorum suorum præmia. Siquidem potestate sua etiam in externis rebus administrandis, ueluti omnibus compertum est, omni animi libidine abutuntur, ut alijs obsint & obstant, quod adeo mirum fuerit, si nobis quoq; fecerint iniuriam? cum doctrinam nostram perinde ut cæci non uideant, et ueluti insani & mente capti, audire nequeant. Ita quoq; Reges Israel uiros prophetas neci dabant, neq; tamen ob id lex de pseudopropheta lapidandis abroganda erat aut celandis, facile mihi tamen persuadeo probos Magistratus & Principes nihil acturos temere, neq; de quoq; sumpturos supplicium, nisi eius causam prius diligenter cognouerint, cunctaq; argumenta, quibus blasphemi coarguentur & euincantur, explorauerint atq; perspexerint. Sed de his hætenus, iam iterum ad Psalmi interpretationem regrediamur.

¶ Non cognouerunt neq; intelligent, in tenebris ambulabunt, mouebuntur omnia fundamenta terræ.

Hic uersiculus queritur, & inquit Deos, hoc est, Principes suarum uirtutum & officij nullam rationem ducere, sed his posthabitis plane diuersa uita, ut supra dictum est, perpetrare. Verum tanta flagi

tia impune nō auferent, siquidem Deus hosce in exitum precipitaturus est, ut crudeliter ruant in præceps, quālibet securi sint animo, neq; hoc futurū credant, priusq̄ suo malo experiātur. Quinetiā subsannare audent eū, qui hoc auribus ipsorū inculcare ausus fuerit, fore ut fundamenta terræ moueantur, aut corruāt. Sentiūt enim firmiter se sedere, & infracta potestate suffultos esse, & quemadmodū textus ipse loquitur, fundamēta terræ uocātur, hoc est petra ac lapides, supra quos terra ac ditio fundata quiescit. Nā sicut Christus in regno suo lapis angularis, seu petra & fundamētū esse perhibetur, supra quod Ecclesia edificata est, & cōsistit incōcussa, ita quoq; quilibet Princeps aut dominus suæ terræ, aut populi, lapis angularis est, atq; adeo rupes & fundamentum. Quæ loquēdi ratio in scripturis ualde usitata est, qua Reges & Principes petrae uocantur et anguli, ueluti Esaias Regem Aegyptij, petram populi nominat, & similibus appellationibus.

His itaq; uerbis apte tangit illorum fiduciā atq; ferociam, & inquit admodū minaciter, Et si adhuc firmiter muniti essetis præsidio, atq; ad unum omnes nō nisi petrae essetis, & fundamenta terræ, ego uos diruam, atq; delectos magna ruina precipitabo in exitū, ita ut uobis cadendū & pessum eundum sit. Et si quis hoc loco etiā ueterū historiarum mo-

numenta inspexerit, tum uerissimū esse comperiet, quān potenter & crudeliter atq; etiam immiseri- corditer Deus impios tyrānos, improbos Reges ac Principes præcipitat, iactat, agit, ruit, euellit, tūdit, prosternit, ac à stirpe recisos omni credulitatis gene- re deuasat atq; extinguit, ut huius uersiculi senten- tiā uerā faciat, cui fidē habere nolunt. Lege uero in sacris literis Reg. lib. & uide quibus modis Reges Hieroboā, Achab, Iorā, Ochofiā, & similes extirpa- uerit. Similiter quoq; Gentiliū Cæsares, Iuliu, Nero- nē, Domitianū, aliosq; innumeros. Quinetiam nos- tra tēpora harū rerū multa exempla suppeditarēt, si quis animo cōciperet aut animaduerteret, uerum ista omnia obliuione obliterari patimur, nullā harū rerū rationē ducentes, cogiturq; hic uersiculus per- petuo apud Principes nostros mēdax esse, donec in- emendabili malo eius ueritatem experiantur.

Eiusmodi præcipitationē & deiectionē inde me- rentur, inquit, quōd nullius salubre consiliū aut mo- nitionē dignētur accipere, nihil curent, nihil cogno- scāt, nulla re moueantur, sed in tenebris ambulēt. Et hæc sunt tria illa superioribus uirtutibus opposita u- ita. Primū, quōd Verbum Dei, ne minimo quidem uerbulo promouere studeant, modo haberēt quod uellent, ubicunq; Gentium Deus aut Verbum eius maneret, parum laborant. Quōd si Deus esse contendit,

contendit, uerbumq; suum promotum ac prouentum iri, hoc ipse faciat: longè enim alia negocia nostris incùbunt expedienda principibus, quàm ut hanc officij, uirtutumq; suarum cogitationē que aut suscipere. Adhæc in tantum Verbum Dei negligūt, ut non tantum ocij sumerent, quòd huic saltem audiendo & discendo impenderent, ut nossent, quis esset. Et quod adhuc peius est & sceleratius, insectantur, & indicta caussa condemnant, adeoq; leuiter & dissolute agunt eiusmodi animarum perditione, ac bonis prædicatoribus perimendis & occidendis, quasi ludus esset aut iocus scenicus, homines adeo crudeliter & anima et uita priuare. Quæ ratione deinceps obsequium Deo præstitisse uolūt.

Secundum uitium, quòd neque in externis rebus administrandis uigilantium Magistratum fungantur officio, miseros & calamitosos homines ab iniuria & uiolentia tuendo. Ac non tantū hac in parte segnes sunt & negligentes, uerum insuper omnibus etiam plagis & grauaminibus suos subditos afficiunt, ui & iniuria multifariã opprimendo, aut conuiuendo alijs idem facientibus. Neq; tamè quisquam prædicare audeat, hoc esse iniurium, ut hoc citius ad pœnam maturescant, suam iniquitatem omnibus modis complendo.

Tertium, quòd in tenebris ambulent, inq; Deo

rum statu & officio ita uiuant, quasi sibi soli nati essent, non secus ac si Magistratus functionem & potentiam non in aliud essent consecuti, quam ut propriam utilitatem & honorem, uoluptatem & libidinem, pompam & insolentiam queritare & exercere deberent, nec ulla in re cuiquam obstricti essent, seruiendi aut opitulandi. Et hæc demum mera mundana est uita cymmerijs tenebris longè obscurior, in qua constituti, ignorant quid rerum agant, aut agere debeant, uerum ut cæci incedunt, qui tantum sentiendo & palpando manibus sua regunt uestigia. Pari modo hi quoq; faciunt, nihil nisi quod corporis sensibus percipiunt & appetunt, facientes, neq; ultra prospiciunt, quid sui officij partes exigant. Ideo ueluti meruere corruent, et pessum ibunt prostigati & euulsi funditus.

Neq; uero iniuria humanus animus inusitato terrore consternari deberet aut concuti, audiens quale iudicium tum qui sermo in coelis aduersus eiusmodi tyrannos iactetur. Siquidem hoc uersiculo significanter admodum indicatum est, quod & coram Deo et coram angelis eo in honore habeantur, quod Verbi diuini contemptores & persecutores dicantur: præterea non nisi temerarij & omnibus modis inutiles principes, quicq; cæci sint, & in tenebris ambulent, & breui præcipitandi in exitium. Eius  
fame

sanæ & sermonis cœlum est refertissimum, cuius etiam terra repletur, huius uersiculi opera & præconio. Verum enim uero aduersus hæc semet forti & crassa incredulitate munerunt, quæ cor plusquam marmoreum & ferreum caput ipsis suppeditat, ita ut eiusmodi sermonibus non moueantur, sed magno fastu & animi insolentia suum expectant iudicium. Sanè uero, permittamus eos quoque ferè magno impetu ad diabolum, quando non alia tantopere affectare uidentur.

Ego dixi Dñi estis, & filij excelsum omnes.

Hoc ipso loco testimonium appellationis ponitur, qua Dñi uocantur & sunt, quo nomine confidenter insolescunt, non dicendis modis ob potestatem sibi traditã ferocientes atq; superbientes. Non negat ipsos esse Deos, & potestatem habere, quod equidem uerum est. Atqui hoc per absurdum & turpe est, quòd non cognoscant, unde acceptam potestatem habeant, sed ea perinde abutuntur, quasi à se ipsis accepissent, eamq; pro arbitratu suo ut uellent usurpare possint, quippe qua neq; Deo neque hominibus seruire debeant, uerum sine Deo & supra Deum per omnia Dñi liberrimi esse contendunt.

Habet ergo hoc loco quod illorum temeritati et

arrogantia obijciat & dicat, Equidem probe scitis  
 Deos esse uos, & potestate accepta rerum potiri,  
 quam uero prompte & cito hoc perdidicistis, &  
 percepistis? Quando autem & illud descendum uo-  
 bis proponitis, quo authore & largitore hanc po-  
 testatem & huius nominis appellationem accep-  
 istis? Vbi uero ego manco? Vbi mea praecepta qua  
 uobis dedi, uestra negligentia relinquuntur. Con-  
 stat enim uos ista non praecepisse, uerum ego, ego  
 inquam, dixi uos Deos esse. Mandati & uerbi mei  
 autoritate Dij constituimini & ordinamini, quo  
 in statu eadem uos quoq; conseruat & retinet, non  
 uestrum uerbum, non sapientia uestra neq; autho-  
 ritas. Vos per Verbum meum Dij facti estis, quem  
 admodum omnes reliquae creaturae, neq; uestra op-  
 pera haec diuinitas uobis cōtigit, neq; Dij nati estis,  
 sicut ego. Quod si ego illud non iuberem aut prae-  
 cepissem, nemo uestrum unquam Deus effectus es-  
 set. Siquidem mea est omnis ea potentia, magistra-  
 tus officia, opes, honores, terra, populi, breuiter  
 omnia quaecumque ad haec pertinent. Ego uobis ista  
 possidenda tradidi, uos nequaquam parastis & im-  
 petrastis. Verum tantis acceptis gratuito muneri-  
 bus quam grati estis ac memores? adeo ut me unā  
 cum Verbo meo contemptissime reijciatis, & pro-  
 prius nullum Deum esse existimatis.

Quidē

Quid? inquit, non agnosceremus hæc omnia nos habere tua liberalitate & munificētia, teq; pro Deo nostro religiosissime agnitum coleremus? Absit hoc & facessat à nobis procul, quòd si animi nostri inductionem alijs argumentis exploratam non habes, saltem titulos nostros intuere, quibus hoc ipsum aperte cōfitemur & iactamus. Nos .N. Dei gratia rex N. Nos N. Dei gratia princeps N. Nos N. Dei gratia dux N. & similes. Hic inquā, audis haud dubie nostros titulos, gloriari potestatem nobis traditam à Deo accepisse nos. Quid ergo plura à nobis exigis? Audio & fateor uerba uera & bona, quæ principibus in titulis usurpanda sint.

Verum ad hoc quoq; mihi uelim respōdeas, num eius populi noticiam quoq; habeas, cuius propheta meminit his uerbis, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Et Christus Matthei septimo testatur nō omnes regni Dei fore participes, qui dixerint mihi, Domine Domine, sed qui fecerint uoluntatem patris mei &c. Et Paulus prima ad Corinthios tertio, affirmat regnum Dei non esse in sermone, sed in uirtute.

Iam ergo quid utilitatis tibi præstat, q̄ amplissimis uerbis iactas, Dei gratia te esse Dominum, cum totum cor & tota uita tua non aliter instituta sit, atq; si nullum Deum omnino haberes aut agnosce-



IN PSAL. LXXXII.

res, ac planè liber esses, cui ea licentia & impunitas  
 proposita esset quidlibet contra Dei præceptū,  
 pro omni animi tui libidine faciendi? Nam quicumq;  
 diuini Verbi nullam rationem duxerit, ille Deum  
 ipsum contemnit, & nihili facit. Quandoquidē qui  
 Deum colere aut habere statuit, hic per Verbū eius  
 illū habeat necesse est, alioqui nullo modo fieri pōt,  
 ut Deum consequamur, teneamus aut agnoscamus.  
 Cum ergo illi purpurati Dij omnipotentis Dei Ver-  
 bum & mandatum nec curent nec habeāt, certum  
 est eosdem nullum quoq; Deum habere. Si nullum  
 Deum habuerint, tum per se ipsos eam quaturget  
 diuinitatem consequuti sunt, & hunc uersiculū fal-  
 sum & erroneum esse oportet, ego dixi Dij estis.  
 Iam ergo uide, quot principes aut Dominos esse  
 putes, qui hunc titulum (Nos Dei gratia &c.) syna-  
 cero corde & ueraci ore usurpent. Maior profes-  
 sio pars hoc utitur non nisi in proprium exitium,  
 falso & turpiter Deū coarguentes mend. & eiusq;  
 sanctū nomen blasphemātes & calumniantes, qui p-  
 pe quo tantum sue intolerabili tyrannidi & mali-  
 tia prætexendo utuntur, qua de re multa uerba fa-  
 cienda forent.

Hoc tamen alicui non de nihilo summe mirū ui-  
 deri possit, quamobrem tam improbos homines,  
 quos tātis afficit cōtumelijs, nihilominus filias Dei  
 aut

aut filios excelsi nominat, cum filij Dei in scripturis sancti & creduli uocentur? Responſio, Aequum est, quòd tam malos & sceleratos homines sui propriij nominis uocabulo & appellatione nobilitat, Deos eosdem uocando, cum multo amplius & magnificentius Deos ab eo uocari quàm filios. Verũ omnis eius rei ratio in hoc uerbo sita est (ego dixi) iam enim persæpe diximus, eius uirtutis esse Verbum Dei, quòd omnia quibus appositum fuerit, sanctificet, atq; ut ita loquar, deificet. Quapropter eiusmodi status, qui per Verbum Dei constituti sunt, in uniuersum omnes sancti ac diuini status uocantur, tamen si persona in ijsdem uersans nõ sana & improba fuerit. Quod genus sunt, parètes, liberi, herus ac hera, familie, prædicatores, parochi &c. omnes sancti ac diuini status sunt, in quibus tamẽ mali et improbi uersari possunt. Ita quoq; cum Deus suo uerbo Magistratum confirmat & cõplectitur, iure optimo Dij uocantur & filij Dei, propter diuini status & Verbi Dei auctoritatem, licet mali nebulones sint, quemadmodũ conqueritur.

Veruntamẽ sicut homines moriemini, & sicut unus principum cadetis.

Quandoquidem, ut par fuerat, Deum sua diuinitate honorare nolunt, sicut illis faciendum preceperat, sed perinde se gerunt quasi nihil à Deo unquam sumpsissent, sed à se ipsis omnia, minaciter hic illis interminatur, se de ipsis sumpturum esse supplicium, atq; ita sumpturum, ut diuinitatis suae iacturam facturi sint. Quippe diuinitate exutos de positurus est eos de sedibus, ut moriantur & pereant, non sicut Dij aut Dei filij, uerū sicut homines, ut in uita & morte iuxta similes sint hominibus, qui citra Verbum Dei uiuentes miserabiliter pereunt. Etenim Dei Verbum certo discrimine separat Adami liberos. Qui Verbum Dei habent, non simpliciter sunt & uocantur homines, uerum sancti homines, filij Dei, Christiani &c. Qui uero Verbo diuino carent, homines simpliciter dicēdi sunt, hoc est, qui in peccatis, morte, & potestate diaboli perpetuo captiui tenentur, suntq; prorsus omni Dei commercio priuati. Quocirca uulgaris iactantia laus est in scriptura sacra, si quis homo aut filius hominis uocatus fuerit. Estq; plena terroris comminatio, malos Deos ueluti homines morituros et perituros, hoc est, perpetuo damnandos esse.

Ita quoq; posterior particula, Et sicut unus principū cadetis. Hic nō uocat eos filios Dei aut Deos, sed mutato nomine principes simpliciter nominat, ut hic

ut hic sit horum uerborū sensus: Princeps sine Deo eiusq; Verbo existens, haud dubie perditus & damnatus est, & cum ceciderit, succubueritq;, diuinitatem amittit, hoc est, mandatum Dei, & sicut tyranni solent, perit funditus. Sed enim hanc terrificam comminationem & iudicium non credunt, sed huius experimentū potius uolunt sumere. Eius rei exemplis omnes scitent historie.

VIII.

Surge Deus iudica terrā, quoniam tu hereditabis in omnib. &c.

Quoniam uidet de mundanis Magistratibus actū esse, populum deploratæ maliciæ, Dominos uero sine intermissione nomen & Verbum Dei blasphemare, quando adeo scæde & turpiter sua diuinitate abuti soleant, pro alijs Magistratibus & regno consequendo orat, in quo melius uiuatur & sanctius, ubi Dei nomen colitur, uerbum eius reuerenter obseruatur & colitur, & hoc est regnum Christi. Ideo, inquit, precor omnipotens Deus, ut ipse uenire digneris, inq; terris iudicis partes tibi uendices, ipse rex & Dominus noster esto. Ad te enim gentes hereditas tua in uniuersa terra pertinent, quippe cui in scripturis promissæ sunt.

Hoc est regnum Iesu Christi, & hic est uerus ille Deus qui uenit & iudicat, hoc est, princeps est in

IN PSAL. LXXXII. COMMEN.

uniuersa terra. Nullius enim Cæsaris imperiū adeo longe lateq; in gētes diffusum est, atq; regnū Christi. Neq; de ullo alio quā de Christo ipso hic uersus culus potest intelligi. Ille inquam Deus, naturalis Deus est, ad quē dici non potest, Ego dixi Dij estis, sed ita liquide, Surge Deus & iudica terram &c. Quippe Christus tres uirtutes illas diuinas supra memoratas recte exercet. Dei Verbum & prædicatores exigit. Leges & iura pro tutādis miseris seruat. Calamitosos & pauperes propugnat à uolentia. Impios homines & malos tyrannos meritis supplicijs afficit. Nam in Christianitate Dei cultus est, iusticia, pax, uita, fœlicitas &c. De quo regno Christi Euangelia & Apostolorum Epistolæ abunde testificātur, quare superuacaneum existimo, ea de re hic pluribus differere.

Ita uidemus præter mundanā iustitiam, sapientiā & potentiā, tametsi & ista sint opera Dei, alio adhuc regno opus esse, in quo alia iusticia, sapientiā & potentiā inueniatur. Nam mundana sapientiā simul cum hac transitoria uita finem capit. Ceterū Christi & suorū iusticia in regno suo, manet & durat in perpetuum, ad quam nos euehat ille rex noster Dominus Iesus Christus, qui cum patre & spiritu sancto unius eiusdemq; naturalis diuinitatis participes benedictus sit in secula. Amen.

VINCEN

## VINCENTII

OBSOPOEI, PARAPHRASIS

in Psalmum XXV. Ad te leuavi animam &amp;c.

**A**D me te genitor mentem fiducia tollit,  
 Fac ne suffundar summe pudore Deus.  
 Summe Deus cui me totū cōmendo, repulsis  
 Da rogo summotis uota petita seram.  
 Ne grata hostili prestem ludibria turbae:  
 Gaudeat & nostris gens inimica malis.  
 Nos te propitium persuasa mente manemus,  
 Vt spe frustremur non siuis alme parens.  
 At mage confuso stet pars diuersa rubore,  
 Quae nulla caussa semper iniqua facit.  
 Ipse tua sis queso uia certissimus index  
 Nobis: utq; tuum semper eamus iter.  
 Ne nos humana uitient fermenta loquela,  
 Tu nos sancte pater sedulus ipse doce.  
 Vnica quae tua sit diuinæ mentis imago,  
 Quaeq; tibi semper sint placitura mone.  
 Quippe Deus noster, nostræ es simul ipse salutis  
 Author, & in medijs ancora sacra malis.  
 Teq; expectamus, teq; expectauimus omni  
 Tempore: tu nobis auxiliator eris.

Quam pius in multos fueris reminiscere quodam,  
Sic miseros solita nos pietate foue.  
Nec uelis esse pater uitæ memor ante peractæ,  
Et quæ deliquit nostra iuuenta prius.  
Nosq; tua culpam patria bonitate fatentes  
Præuaricatores suscipe quæso Deus.  
Duleis enim et rectus celebraberis atq; benignus,  
Propterea errantes sancte reduce pater.  
Iudicio ut recto docti ne deuiat urba  
Errantis, tritum neue sequamur iter.  
Atq; tua indoctis aperi mysteria stultis:  
Mansuetisq; tuæ dogmata sancta uie.  
Est bonus est dulcis Dominus, mera gratia cunctis  
Qui querunt sancte uiuere lege sua.  
Peruersis quanquam nimium uideatur acerbis,  
Melle tamen uoluit dulcior esse pijs.  
Inde tuum propter sanctum et uenerabile nomen,  
Elue propicie nostra piacula Deus.  
Non tot littoreas pelagus numerabit arenas  
Quot numerat uitæ cursus iniqua meæ.  
Nunc quicumq; times Dominum, te crede docebit  
Electæ per se non nisi lege uie.  
Rebus abundabit foelix tua mollibus ætas,  
Ille tui terræ sanguinis heres erit.  
Ipse sui Dominus trepidantia corde pauore  
Confirmat: timidis foedera sacra refert.

Semper

Semper erunt oculi sublati ad sydera nostri,  
 Semper in aethereum lumina fixa polum.  
 Quandoquidem solus discusso errore ualebit  
 Et tenso nostros soluere fune pedes.  
 Ad nos mansueto tua dirige lumina uultu:  
 Summe Deus miseri commiserere mei.  
 Cernis ut à cunctis uiuam desertus amicis  
 Vnicus, infœlix, pauper, egenus, inops.  
 Afflicto innumeros ego sentio corde dolores,  
 Me pater è duris asserere quæso malis:  
 Cerne pater quæ nam teneat me angustia mentis,  
 Quanto collucter cerne labore precor.  
 Proinde meis ueniam erratis concede petitam,  
 Fac careat maculis mens mea pura nigris.  
 En me quàm densis cinxere cohortibus hostes,  
 A quibus haud iusta degrauior inuidia.  
 Ergo animæ tibi sit iugis custodia nostræ:  
 Me precor insidijs exime, tutus ero.  
 Spes aliunde mihi nulla est, fiducia nulla,  
 Ne me frustretur te rogo nostra fides.  
 Et quia te solum per tempora cuncta manebam  
 Se iunxere mihi non nisi corde pij.  
 Nunc tua quæ bonitas certe est, tribulatio si qua  
 Impendens populis est onerosa tuis,  
 Hanc precor ex humeris pater optime tolle graua  
 Atq; tuos misero fasce leuare uelis. (tis,

FINIS.



Haganoe, per Iohannem Seccurum.

Anno M. D. XXX.

Mense Septembri.



FINIS

THE HISTORY OF THE  
CITY OF BOSTON

FROM THE FIRST SETTLEMENT  
TO THE PRESENT TIME

BY NATHANIEL BENTLEY

IN TWO VOLUMES

VOLUME I

BOSTON: PUBLISHED BY  
J. B. ALLEN, 1856

NEW-YORK: PUBLISHED BY  
J. B. ALLEN, 1856

PHILADELPHIA: PUBLISHED BY  
J. B. ALLEN, 1856

CHICAGO: PUBLISHED BY  
J. B. ALLEN, 1856

ST. LOUIS: PUBLISHED BY  
J. B. ALLEN, 1856

SPRINGFIELD: PUBLISHED BY  
J. B. ALLEN, 1856

THE  
MUSEUM  
OF THE  
MUSEUM

